BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
17 — E
28

A VIII B 169 B.ze

# PENTATEVCHON QVÆSITA PENDACTYLIA CONTINENS.

## DE SVI PERSONALIQVE DEFENSIONE.

*D. Ioanne Franciſco de Cuenca Iuriſconſulto Authore.*

ALMÆ PARENTI VIRGINI DEIPARÆ A COLVMNA SACRATVM.

Opus quidem, tam diuinarum quam humanarum literarum profeſſoribus aptum.

Tu autem Domina ne elongaueris auxilium tuum à me.



Ad defenſionem meam conſpice. Pſalm. 21.

Cum licentia, Cæſarauguſtæ. Apud Petum Verges. Anno 1645.

# SACRATISSIMÆ

## CÆLORVM IMPERATRICI: ÆTERNI MATRI SATORIS: CVNTO-rum fidelium Tutrici,ac Numini tutelari: pellucentiſsimoque diuini fulgoris Phoſphoro : Columnæ venerandæ, in cuius ſuperno robore Dauidica enititur arca communis: reparatrici imbecilitatis.

*Suus humilis addictus D. Ioannes Franciſcus de Cuenca, D. S. P. & O.*

LAVRIGERA Corona (Dei Genitrix Virgo) abſque periculo parta, triũphus ſine cruore quæſitus, ac diuitiæ ſine ſacris relictæ; minus iuuare ſolent. Quæ in periculis ſecunda? Quæ in cruoris effuſione ſecuritas, indemnitas? Quid ergo adiutorium vt genij quæſita marmora diguſtent, ni ad ſacri tui Numinis Aram appellam? An ceps profectò diſceptatio, via an fracti-

fractibus flexuoſisque mœandris repleta, ab incepto me ſuaderet deſiſtere, ac animi mei reuocaret calculum; ni ætherea tua Cæſarauguſtana Columna portum ſtabilem, tutiſsimumque præberet rеceptaculum. Teſtor ego te Polluce Caſtoreque ſuperno, truci fragilem comittere pelago ratem, nec timere præcipitem Africum, decertantem Aquilonibus; nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti, nec infames eſcopulos Acroceraunia, & quod maiùs præſentem carperè viam, ò Virginalis candor, Diuini fulgoris ſphera, ac Paterni ſplendoris Lucifer, ſub quo veræ diei gaudia diabolicæ ſuggeſtionis ſaucijs, ſupplicibuſq; tuis ſunt ſuppeditata. O Diua Mater, iam petita nunc venit ſecunda dies, deſignanda lapillo candido, quin flammas imitante pyropo, veneranda ſpeciali cultu. Tuum mihi aſsiſtens perennet iuuamen, quod imo, affectuque pio afluenti inuoco: & Pentateuchon, quale, quale ſit munus, tuo dulciſsimo nomine æditum, tuam ſibi paret tutelam.

EGRE-

# EGREGII, ET INGENVI VIRI I. V. D. DON IOSEPHI ESPAñol de Niño.

## CENSVRA.

EX permiſſio, & comiſſione Illuſtr. D. D. Ferdinandi de Sada, in Cæſarauguſtan. Archidiœceſi (Sede vacante) Vicarij Generalis, necnō Eccleſiæ Metropolitanæ Canonici meritiſſimi, vidi, volvi, ac revolvi librum ſcriptum, *Pentateuchōn quæſita pendactilya, continens de ſui defenſione*, Authore D. Ioāne Franciſco de Cuenca. Sed ante animi propalationem, huic beneficio (cum nullū comiſſione mihi gratius, nullum feſtiuius, contingat vnquam) iure optimo, ex corde grates refero. Cum amicitiæ talem nutrimenti præbueris ocaſionem. *A* Vbi præ laudum vrgenti teſtimonio, nec amica gratificatio ſuſpitionis labē incurrere queat. *B* Mandati autem fines adimplens muneríque ſatisfaciens, me in libro, Authoris viuæ imaginis ſpeculum virtutum ſuarum inueniſſe fatebor. *C* Qui electa ſermonum gratia, auribus mulciens, mentes trahit, vt eas præſpicuitate facundiæ. *D* in cuius ſeriæ compaginis æſtimatione, quid ſit mauritatis, quid prudentiæ, apertè monſtratur; & adoleſcentis imago ſenem in pubertate orbi repreſentat, vt in ea maturitate conſilij pari commendatione mire-

A Amicitia itaque vicaria gratulatione nutrietur, Caſiodo. lib. de amic. tit. quæmadmodū amicitia ſit fouenda.

B Quid enim maius quæritur, quam hic inueniſe laudum teſtimonia, vbi gratificatio nō poteſt eſſe ſuſpecta, Caſiodo. lib. 1. variar. epiſto 3.

C Eſt enim quodā ſpeculum morum, agentis oratio, nec maius poteſt eſſe mentis teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, Caſiodor. lib. 5. epiſt 22.

D Adeſt ſemper electa quædam ſermonum gratia, blanditur auribus, mentem trahit, vtitur præſpicuitate facūdiæ, qualē de pura conſcientia debet emanare, Caſiodo. vbi proxi.

¶ mur;

mur;iuuenũq; tutiſſimũ fideiuſſorẽ prędicemꝰ. *E* Omnia in eo ſelecta;omnia vtilia, omnia denique acuratè exarata, multaque & magna breuiter dicta inueniuntur, ſed quid mirum? Cum tantæ limæ, ſantæque ſpongiæ ſubiecerit author, *F* Quæ ſi laudare auſim obrruit ingenium materiæ facunditas,ipſoque rerum velut agmine fluxus orationis arcatur. Quomodo enim.

*Tantarũ ſperẽ cumulus aduoluere rerum!*
*Si partẽ tacuiſſe velim,quodcũq;relinquã,*
*Maius erit.*.*G*.

Fidus in lucem liber prodeat,& audax,nec veretur: ſapientũ adire conſpectum, quẽ ad vocem extollunt iura facundiæ. *H* Non iuuenilis ætas laudum encomia minuet, nam ſi in canitudine grauior eſt eloquẽtia in adoleſcentia hilarior, atque expeditior. *I* Iuuenes enim labores appetunt; ſenes vero quietem, & ocium quærunt. *K* Præſens gaudium me totum tenet,inquietat, vndique trahit, *L* nec præ letitia gaudium virtutum ocul.are (quas mirari omnes; imitari pauci) valebo. *M* Quare omnes ſilentio veneratus, mælim iudicari quam dicere; ni hilaritas ipſa in taciturnitate deficiens mæroris potius redderet ſignum.

Iam

E Quid ſit maturitatis, quid prudentiæ in ordine ipſius æſtimationis cognoſci, cuius primeua Germana,mox vt adoleuerint,patres vocãtur: adoloſcentia illic incohat a maturitate conſilij; tractant iuuenes cum modeſtia ſeniũ vbi morum pondus in flore permittitur,quod vix alibi cana ætate generatur,Caſiodo.lib 9. variar.epiſt.7.

F Neſcit enim pęniten da loqui,qui proferenda prius ſuo tradit examini,Caſiodor. lib. 10. epiſt.4.

G Claudian de laudi. aſtilicon paneg 1.

H In illa turba Doctorum audeat liberã proferre ſententiã, nec ſienetur imperitiæ terrore,quem portantur ad vocem iura facundiæ. Caſiod.lib.3 epiſt,33.

I Denique ſicut in iuuenili ętate ſolet eloquentia eſſe innatior, ilarior, expeditior,ita & in ſenectute grauior, circunſpectior,nec hilaritas eius in diſſolutionis vitium tranſit, Caſiodo.de amicitia, titulo ſimilitudines inter effect. amor.

K Iuuenum ſi quidem virtus præſumptione laboris animatur; ſola ſenum vita eſt, quietis inueniſſe remedia Caſiodo lib.5 epiſt.25.

L Gaudia ſemper animos inquietant, modis enim rarò letis rebus imponitur. Caſiodo.lib.4 epiſt.4.

M Garrula res eſt letitia, nec enim prægaudio poteſt contineri, Broſius ad Caſiodoro, vbi proxi.

*N* Iam, iam mortalium quiſque galeã, clipeum, & humbonem deponat nam hoc ſolo defenſionis libello clipeatior, validior, ſe defendere valebit, & diſcet. Non meum amor inſpirauit iuditium; imo ſtudiorum pondus dictauit iuſtitia. *O* Cuius aduocata virtus, ſic fortiter emulos ruet, vt morſu cruento, ſua præ triſtitia labra diſtringant, vt ſi affectus rodere cogat, mutum reddet os ad iniqua loquentium. *P* Siſto, & taceo, ne grauetur cenſura cum excedit carceres, ſolum vnum dicam, quod Authorem, verè magiſtrum demonſtret: illum in ſcientia, cum proprietate *Concham*, exiberi, nam dum illam communicat non tradit, ſed cum alios erudit, eruditior manet. Cui apoſitiſſime conuenit illud Diui Bernard. Qui ſic ait. *Q Quamobrem ſi ſapis, Concham te exibebis, non Canalem: hic ſiquidem penè ſimul, & recipit, & refundit: illa vero, donec impleatur, expectat: & ſic quod ſuperabundat ſine ſuo damno communicat, ſciens maledictũ, qui partem ſuam fecit deteriorem.* In toto opere nihil fidei noſtræ ortodoxæ, nec bonis moribus contrarium reperij; imo dignum omne quod prælo non retardetur, vt fœliciter lucem videat. *R* Cæſaraug. die 15. Aprilis, ann. 1644.

N Manca eſt ſine ſermone hylaritas, & ſimulacrũ mœroris eſt occultare, quod gaudeas, Plinius relatus vbi proxi.

O Et iuditium noſtrũ nõ per caſuale votum, ſed per electionis ſtudium doceamus eſſe cõceptum Caſiodo. lib. 5. epiſt. 22.

P Ruo contra, iam per emulum meum, contra opuiculum præſens, nõ ſibilet lingua ſerpentis antiqui: obſtruatur os loquentis iniqua; obturentur aures aſpidis, & anticipet innocẽtiæ viſus oculos baſiliſci. Caſiodo. in prolog. de amicitia.

Q. Sanctus Bernardus in Cantic. ſerm. 18.

R Ordinatio noſtra nõ debet per moram impediri, ne quod ſalubriter cõſtat eſſe diſpoſitum, per tarditatis vitium incurrat obſtaculũ, Caſiod. lib. 1. epiſt 40.

*D. Ioſephus Eſpañol de Niño.*

# LICENCIA.

NOS el Doctor Don Fernando de Sada Canonigo de la Santa Igleſia Metropolitana de la Ciudad de Çaragoça, y en lo Eſpiritual y temporal Vicario General de dicha Ciudad, y ſu Arçobiſpado, por el muy Iluſtre Cabildo de dicha Santa Igleſia, Se de vacante; por muerte del Iluſtriſſimo y Reuerendiſſimo ſeñor Don Pedro Apaolaza, vltimo Arçobiſpo de la dicha Ciudad, de buena memoria. POR quanto por comiſſion nueſtra, el Doctor Don Ioſeph Eſpañol de Niño ha aprouado vn libro intitulado, *Propria defenſa* Compueſto por el D. Iuã Franciſco de Cuenca Iuriſta, y reſidente en eſta Ciudad. Por tanto atenta la ſobredicha aprouacion, damos licencia para que ſe imprima. En Zaragoça a diez y ocho de Abril del año de mil ſeyſcientos quarenta y quatro.

*Don Fernando de Sada Vicario General.*

Por mandado de dicho ſeñor Vicario General.

Por Lorenço Moles Notario.

Miguel Zornoça Notario.

*Illuſtr.*

*Illuſtr. Domini I.V.D. Bartholomei Morlanes, ſacræ, & Catholicæ Maieſtatis Domini noſtri Regis meritiſsimi Capellani.*

## CENSVRA.

IVſſu ſacri & ſupremi Senatus Regni Aragonum legi, & religi ſerio hunc tractatum, *de defenſione ſui* à D. Ioanne Franciſco de Cuenca concinnatum, in quo quanto ſterilior materia, à nemine, quod ſciam, ex profeſſo agitata, eo vberiores fructus redit, ſolẽne ei Auia peragrare loca nullius ante trita pede *a* Lucretianum illud vſurpans, piaculum penè eſſet obliuioni tradere, nec curare, *b* ne res noteſcere dignas fuſcarẽt tenebræ, ſpecioſaque (ſcripta) laterent. Nonne vile *c* latens virtus, quid enim ſubmerſa tenebris Proderit? obſcuro veluti ſine remige puppis, vel Lyra, quæ reticet, vel qui non tenditur arcus. *d* Mactè animo iuuenis, qui ſalebroſam, & ſpinis aſperrimam viam inuiã ingreſſus es, ſed falce tui ingenij, ita reſecaſti, vt planam, & omnium ingenijs obuiam ſe ſe offerat, non ſolum noſtris, ſed exte-

a *Lucret. lib.* 1.

b *Gũther. lib.* 10. *v.* 595.

c *Claud.* 4. *Nõ.* 222

d *Stat.* 7. 280.

exteris. *e* Tranſit in alienas Prouincias vigilantia tua, & in hoc curæ tuæ latitudo diffunditur, vt longè poſitorum, conſoletur anguſtias. Quis eius editionē remoretur? nonne in publica commodo peccet? qui id tentauerit? *f* Perge igitur vt facis, (iam alia tua monumenta, ſi loqui datum eſſet, plenis buccis cōclamāt) & victis æuo redde nouitatem. Ceſſare tibi, *g* nec fas eſt, nec poſſe reor, vt prius defeſsi ſint homines laudando *h* (curas tuas) quam tu laude digna faciendo. Perge *i* interim quo te ætatis impetus, & naturæ ardor impellit. Mei voti caput eſt vt benè valeas, & ſupra annos tuos literarū dote diteſcas. *l* O (digne) Pylias tibi trāſcendere metas, & Teucros æquare ſenes, id voueo, & ſpero, ni me meus fallit animꝰ. Hæc delineabat rudī penicillo in Muſeolo ſuo, amoris ergo in Auctorē, & eius operis obſequio. Cæſarauguſtæ 17. Iulij anno 1645.

*Doctor Bartholomeus Morlanius.*

APPRO-

e *Sidō. li. 6. epiſt.* 12

f *Syma lib. 7 epiſ.* 20.

g *Laud.* 1 *Ru.* 86.

h. *Salluſt. oratio de Repub. ordinan.* 1.

i *Syma. lib. 7. epiſto.* 9.

l *Stat.* 5. *ſyl.* 3. 256.

# APPROBATIO,
## & Licentia.

EX commiſsione, & proſcripto Illuſtris Domini D. Don Michaelis Marta Regiam Regentis Cancellariam, in perſonam Domini noſtri Regis: iterum vidi librum hunc *De ſui defenſione*, Auctore D. Ioanne Franciſco de Cuenca I. C. & nihil inveni contra Regiæ Maieſtatis Regalias, nec quidquam quod illum vt prælo tradatur, retardare queat. Sic ſentio. Cæſarauguſtæ, 13. Kalen. Octobris, anni 1645.

*Doctor Bartholomeus Morlanius.*

## Imprimatur.

Marta Reg.

*D.D.*

*D.D. Didacus de Narbona I.C. quondam in Toletano Gymnaſio publicus, & Primarius Sacrorum Canonum Veſpertinus Antiſtes; & S. Officij Inquiſitionis ad cauſas Fidei Conſultor delectus, ita ad Auctorem, & amicum D. Ioannem Franciſcum de Cuenca de libro cenſuit.*

Accipe iudicium C.V. qui noſtrum exoptabas, *de propriæ defenſionis*, ſcriptis, quibus poſt altiora ſecundo, ſecundèque inſudaſti. Talis ſubſecutio creditur, quale primordium veniſſe ſentitur, vt Caſiodorus ait: Poſtremaſque iſthec diſquiſitiones prioribus equales profero, quæ ipſarum ſumma primaque commendatio agnoſcitur. Ergo perge C. V. vt quam citiſſimè publico reſtituas commodo, quod omnium vtilitati elaboratum conſpicitur. *Grata res eſt, cuncta pro futura vulgare: vt generale fiat gaudium, quod potuit eſſe votiuum. Alioqui læſſionis cauſa noſcitur, ſi beneficia potius occulantur.* Nec timida modeſtia præpediat, Patriæ, Regnique ſtatuta, iam diu commentarijs exornaſti: *Cum tibi in illis fuerit ſecundus euentus, quid ambiguis, & hæc publico dare, qui iam cognoſceris dicendi tyrocinia poſuiſſe?* Sat enim, *propriæ defenſionis*, tractatus ſua doctrina, & venuſtate ſe ipſum apetulanti quauis, & invida incurſione defendet, nec externo auxilio indigeuit: Ita ſentio. Vale Cæſaraugustæ.

*Caſſiodo. tit. 8. c. 14*

*Idem tit. 9. c. 16.*

*Idem tit. 1. in præfatione.*

LECTO-

# LECTORI.

Doleo profectò, amantiſſimè Lector ocupa tionibus tuis, quòd te tot operibus tot epiſtolis, in dies ſummopere diſtentiſſimum inueniam. Quid ſi omnes ad te, & in te omnes? Papæ certè dũ nõ ſtomacharis. Nec enim mihi cordi eſt occupato occupationem dare. Ideo ad te quàm breuiſſimè ſcribere, mehercle vellem. Sed ſuſtineas authorem paulisper rogo: Nam quis plus impendat ignoro; aut tu ſemel auſcultando; aut ego millies me, tã diuerſorũ hominũ iudicijs exponẽdo.

Adeò me laboribus obſtrictum, & adeò defeſſum reperij poſt bienij ſtudium in ædendis ſcholijs ad Comandam; in ſuſtinendis Typographorum nugis, & inſipientijs; inque alijs ſuportandis laboribus, (quæ huiuſce ſemper inherent negotijs) vt nec præſenti operi, vltimum imponere embimma, haberẽ aſſenſum: niſi quòd interiecto aliquo temporis ſpacio, labores mei, hilari decurrere fortuna, eoſq; communi plauſu, ac multi iugi prudentum approbatione ſuſceptos viderim. Non enim ob hoc me ex me tanti honoris capacẽ iudico: quia vt Ouid. Naſo. *a*

*Fortuna immeritos auget honoribus.*

*a In opuſculo de fortuna.*

Sed ex parte laboris præmium approbationis non reſpuo: quod ſufficit ei, & ſupereſt mihi, vt iam papaueri abſconditum recentem tractatum, è ſomno excitem & laboris immemor antiqui, nouo me iteratò ſpontè collum ſubmittam. Quid?

*b Saucius eiurat pugnam gladiator, & idem*
*Immemor antiqui vulneris, arma capit.*

b Ouid. *elegi. 6. ad Maximum.*

Hinc binæ commoditates deſumpſi: & gratitudinis aſſecutionem, & quod magis eſt, torpentis otij exilium. *Natura ſiquidem humana* (dicente Caſſiodo-

ro, c) *ſicut duris laboribus inſtruitur, ita per otia torpentia fatuatur.* Igitur euolui libros, adaptaui quæſita, doctrinas collegi, limæ facti ſumiſſi, & tandem octo menſium ſpatio, totius cnrſum operis conſumaui. Cūras duxi meas, vt lectorum permulcerem palatos, quibuſuis bonarum literarum fragmentis; ne inſipida iuris relectione faſtidiarentur: Et quia

c *Libr. 1. var. epiſ. 39.*

*d Non vno contenta valet natura tenore,*
*Sed permutatas gaudet habere vices.*

d *Petronius arbitr. ſatyri cō fragm. fol. 82.*

Scribenda enim ſunt non tantum docta, & quæ ingenium alant; ſed quæ maximam voluptatem, & iucundiſsimum adferant oblectamentum. Siquidem Plinio teſte, *e Magna pars, ſtudiorum amænitates quærimus.* At cum diuerſi humoris lectores occurrant; diuerſa quoq; adhibere nauaui operam; vt quiſque ad genij metas, eſcas colligat.

e *Per a[illegible] epiſto. ad Scaliger.*

*f Inueniat quod quiſq; velit. Non omnibus vnū eſt,*
*Quod placet. Hic ſpinas colligit, ille roſas.*

f *Petron. arbitr. ſatyric. fragmen. fo. 80.*

Quod enim cōpegi, *Pertateuchon*, eſt, *de ſui defenſione*, tibi, & mihi elaboratum æditum. Non ſpeciatim quid contineat refero, cum tu dum legas ſcire poſſis. Vnum pro cunctis dicam, & fateor ingenuè; Celeberrimum virum Iuris vtriuſq; conſultum Balthaſarem Gomez de Amueſcua, nonnulla huic aſsūpto ſpectantia, in ſuo opuſculo, *de poteſtate in ſe ipſum*, ſubtili ſcripſiſſe penicillo. Anxius profectò fui, laboraui, & qua potui ſeduliitate tractatum illum videndum quæſiui: ſed euentus deſiderio non reſpondit. Deffeſſus tandem, Pentateuchon typis mandare decreui. Hunc, inter alios, defectum, amātiſſimè Lector, vt parcas quæſo, & labore fruere noſtro beniuolè. VALE.

***D. Ioannes Franciſcus de Cuenca.***

ELEN-

# ELENCHVS quæſtionum.

*Libri primi, Quæſi. Primum.*
Defenſio, quid ſit? Fol.2.
*Quæſi. ſecundum.*
Defenſio à quo iure procedat, fo.10.
*Quæſitum tertium.*
Defenſio rationalis quotuplex ſit, & de illius neceſsitate, fol.21.
*Libri ſecundi, quæſi. primum.*
Defenſio quibus, & contra quos competat, fol.43.
*Quæſi. ſecundum.*
Defendere ſe quo caſu licitè poſsint ij, cōtra quos bellum infertur, fol.71.
*Quæſi. tertium.*
Defenſionis intuitu, an in carcere detētus iniuſtè, ab eo fugere poſsit, dum periculum timeat corporale, fol.98.
*Quæſitum quartum.*
Pro defenſione ſui occidens, an in totum immunis ſit, fol.125.
*Libri tertij, quæſi. primum.*
Pro defenſione, an mediatorem, aut innocentem occidere liceat, fol.145.
*Quæſitum ſecundum.*
Defenſione quomodo vtendum, fol.181.
*Quæſitum tertium.*
Defenſio pro quibus rebus competat, fol.210.
*Quæſitum quartum.*
An pro honoris ſui defenſione, licitum ſit marito, aut patri, adulteram vxorem, aut filiam, cum adultero occidere, fol.248.
*Libri quarti, quæſitum primum.*
Pro ſui, vel patriæ defenſione, an licitum ſit cuilibet Principem, aut Tyrannum occidere, fol.299.

*Queſi-*

*Quæſitum ſecundum.*

Defenſio, quæ liceat contra iniuriam verbalem, fol.326.

*Quæſitum tertium.*

Pro vitæ honoris, aut rerum defenſione, an duellum, ſiue ſingulare certamen admittere liceat, fol. 346.

*Quæſitum quartum.*

Defendere ſe, an quis præciſsè teneatur, fol.252.

*Libri quinti quæſitum primum.*

Defendere proximum an quis poſsit, an verò teneatur, fol.383.

*Quæſitum ſecundum.*

Pro patriæ defenſione, an ſe ipſum occidere liceat fol.397.

*Quæſitum tertium,*

Pro defenſione vitæ, an peccare liceat, fol.414.

*Quæſitum quartum.*

Defenſio an tolli, aut renuntiari poſsit, fol.422.

# DE SVI. DEFENSIONE.

## LIBER PRIMVS.

ADSIT DEVS.

*ET RESPONDEBO EXPROBRANTIBUS mihi verbum, quia ſperaui in ſermonibus tuis.* *Pſ.*118.

EA Quidem potiſsima ſemper fuit cura omnibus qui recta dicendi methodo vſi fuere, principalis rei, de qua agitur inueſtigandi primitus naturam, vt eius cognitione perdocti ad alia facillimo negotio tranſitum facere valeant. Docuit ſiquidem Ciceron *lib.*1. *offic. verſ.*7.*nu.*1.rem omnem(agendam)debere à deffinitione incipere,vt quid ſit id de quo eſt ſermo, intelligatur. At cum nos de propria viuentium defenſione agamus,& vt à natura producta,

ipſa neceſsitatem nobis illius amplectendæ imponat, breuiter definitione mediante videndum eſt, quid ſit hæc defenſio, & poſtea à quo iure procedat, ſtatim quotuplex, illico quibus competat, tandem, an punibilis, cũ alijs quæſtionibus, quæ ex titulorum inſpectione apparebunt.

# Quæſitum I.

*Defenſio quid ſit?*

RECOPILLATIO.

*Defenſio quid ſit, num.* 1.
*Defenſio quotuplex ſit, num.* 2.
*Defenſio naturalis quæ, num.* 3.
*Defenſio propria, ſepè eſt occaſio interitus ſe defendentium, nu.* 4.
*Defenſio ſpontanea, quæ ſit, nu.* 5.
*Defenſio rationalis quæ, num.* 6.
*Partes neceſſariæ definitionis traduntur, nu.* 7.
*Ipſa explicatur, num* 8.

DEfenſio ſi proprie loqui velimus, nihil
1 aliud eſſe videtur † quàm *pugna iuſta contra*

*tra conantem aliquam iniuriam inferre.* Triplicem † autem pugnam, ſiue defenſionem agnoſco. 2

Primam naturalem omninò. Aliam ſpontaneam. Tertiam & vltimam voluntariã omnino, ſiue rationalem. Fit enim cum merà libertate. Naturalem † omninò appello, quæ 3
ſine cognitione, aut ſenſu aliquo celebratur; quam proprie cæcam appellare poteris. Et hæc planè inuenitur, inter res ſenſu, & ratione carentes; vt ignis inſolente ſua voracitate tentans omnia conuertere in ſe, corruptionẽ omniũ neceſſario procurat. Quam corruptionem entia reliqua recuſantia contrarijs ſuis qualitatibus, contra ignem egregiè pugnãt, propriam deſtructionem iniuriè ferentia. Eſt enim vnicuiq; rei inſita inclinatio, vt perpetuo duret, & proprium eſſe defendat.

Interdum † enim tam ſtupenda lucta, & 4
mutua defenſio inter ipſa elementa agnóſcitur; vt omnibus pereuntibus aliud ens generetur, miſtum à philoſophis dicitur; contingit verò quando nulum ex elementis inuencibilis ſui antagoniſta eſſe potuit: hoc eſt non potuit aliud ex elementis ad ſui naturã

trahere. Id enim quodlibet contendebat: generare nempe ſibi ſimile ex alijs. Verũ quodlibet diſcordiæ pericula ignorans, ſic ad inuicem ſe offendunt; vt nullum in ſuo eſſe perſiſtere poſsit, quin potius in eodem inſtãti, contrarijs alterationibus ſe fatigant, & ad proprium interitum diſponunt; vt neque vntia ſe conſeruare in aliud ens omnino diuerſum mutentur. Eſt enim lex naturæ in concuſa, vt nullum corpus poſsit corrũpi, quod in aliud de nouo creatum non tranſeat, ſic tota elementorum reſpublica, quando ita ſe vnit, vt certamen excuſare non poſsit; periclitatur & diſoluitur. Vniri dico, non animo, ſed loco: nam inter inimicos tam notos, ſola loci diſtantia pacem conſeruat. Eſt enim ipſis pro voluntate, natura: & vt hæc non poteſt ſibi inuicem aduerſa non eſſe; ſic neq; voluntas ſeu naturæ pro penſio, vt idem ſit loco aproximari; quod certamẽ aut duelum ad mutuam defenſionem inire.

5 Spontanea † defenſio communiſsima, frequenſquè eſt brutis ſentientibus. Agitur enim cum cognitione, & appetitu, aut mortem, aut dolorem fugiendi, vel proſequendi

ali-

aliquid voluptuoſum,ſenſuique delectabile. Taurus enim iniuſtè, publicèquè Lancinatus,iuſte ſe tuetur dolorum, & tormẽtorum atrocitatem recuſans; tantaque rabie illum per ſequentes inuadit, vt non ſine vitæ diſpendio ferocitatem illius, ſuamque defenſio nem multi experti ſint. Si vero ſeminis copia duo tauri titillatit vrgeſcãt,vacamq; iam aptam congreſſui vnicam tamen habeant, pro penſione explendi opus naturaliſsimũ, pugnam certamenquè tam ſtupendum committunt, vt ſine admiratione ferociam illorum conſpicere non poſsimus; nam cum ge nerate ſibi ſimile ſit (vt docent Philoſophi cum Ariſtotele)opus naturaliſsimũ, & quid diuinum includẽs; (vidẽdus Antonius Roſcius Perpinianenſis,*lib.2.memorabilium cap.* 7.*num.*64.)Tam valide eos ad illud exequẽdum inclinat natura,vt ſui præcipitium nullus pertimeſcens,tam violenter,tantaque vi, & ferocia ſe lancinant,ac vulnerant; vt ſæpe alter ab alio occidatur; videndus Caſsiodorus *var. epiſt. lib.* 1.*epiſt.* 37. Chriſpiano. Ob hanc enim tam innatam propenſionem, putabat quilibet primum congreſſum ſibi deberi,

beri, ſicq; luctam illam, vt quilibet ſit primus ſui iuris exequutor, tam horrēdam committunt, diuinam illam inclinationem defendēdo quæ perpetuitatem æternitatemque ſuo modo procurat, nimirum vt ſpecies, naturaque eorum nunquam in mundo deficiat.

Non leuiorem pugnam, nec minus mirabilem ob æſcam capiendam, aut aliud genus prædæ, aut filiorum cuſtodiam in alijs feris animantibuſque paſsim conſpicimus. Eſt enim in brutis, ſua etiam materialis ratio, craſſaque mens, quæ aut ab appetitu idoneo excitatur, aut à deprauato corrumpitur ad opera mirabilia exequenda: De quorum induſtria integrum tractatum Plutarchus confecit, quem ſine admiratione, niſi oſcitanter legas, non leges. Hominum enim ſagacitatem, prudentiam, & inſidias in multis planè ſuperant; nam zelotypiæ affectu feræ quoque & beſtiæ grauiter tentantur (dicente Ludouico Viues, *de inſtit. fœminæ Chriſtianæ, lib. 1. c. 6.*) Sed quid non zelotypiæ, ſenſuum illecebræ, aut huius vitæ commoda majora committent? Quid non patrabunt.

6 Hinc tertium † defenſionis genus emergit;

git; illud nempe quod rationale, & voluntarium eſſe diximus. Verſatur enim inter homines, qui ſi ob dicta praue non mouerentur, neceſſarium non eſſet; de quo argumento diſputatio noſtra ſolum procedit. Quod ſi definire, & ab alijs defenſionibus ſeparere velis, nihil aliud eſt, quam *Irrationalis incommodi, rationalis pugna, & depreſsio.* Quæ definitio, noſtræ defenſioni, de qua eſt ſermo accommodata videtur: † nam vltra quod con- 7
uertitur (vt debet) cum ſuo definito, *l. 1. §. dolum, ff. de dolo malo, l. mortis cauſa 31. ff. de donatio. cauſa mortis, l. Quintus Mutius 29. §. cum aurum, ff. de auro, & argento legato*, quibus etiam iuribus notant Doctores, & *in l. omnis definitio 203. ff. de reg. iur.* Ville. a Gueu. *in notis ad top. Ciceronis, §. 2. num. 4. & lib. ſingul. de dolo*, Euera. *in centum locis cap. 44. à definitione ad definitum*, & quid ſit id de quo agitur, breuiter abſolutè abſque diminutione, & ſuperfluitate oſtendit, notant Ariſtot. *lib. 1. de orat. & ad Brutum lib. etiam 1. definitionum, & in top. & lib. 2. de inuent.* Villei a Gueu. *vbi prox. d. §. 2. num. 3. & §. 9. num. 1. & ſeq.* Plin. *de fol. arb. lib. 16. cap. 22.* Quintil. *lib. 7.*

*lib.7.cap.4.* Aulus Gel. *Hoct.Athic.lib.4.c.1.* Conſtat etiam ex genere & differentia, vt neceſſe eſt. Aulus Gel. *vbi proximè ibi: diffinitionem omnem ex genere & differentia conſiſtere*, & ex Bald. *in l.cum quis col.2.C.de iuris & facti ignor. & in Rub.C.qui admitti.colum.2.* Philip. Decius *in d.l.omnis definitio n.1.* Bart. & alij poſt eũ, *in l.1.ff.de teſt.* Agric. & Phriſemius *lib.1.de inuent.Dialect.cap.5.* optime *Caſsiodoro lib.Dialect. tit. de topicis pagi.mihi* 1060.

8 *Pugna* enim † loco generis ponitur. *Rationalis* verò, differentia eſt, à defenſione omnino naturali, & alia ſpontanea brutorum, illam diſcernens. *Pugna* ſiquidem, inter contraria eſſe debet. Sunt autem propriè contraria, quæ ſub eodem genere maxime diſtant. Nihil verò à recta ratione plus diſtat, quam proximo iniuriam inferre; quia ſic, Deo ſe opponit, & proximo. Hunc enim, vt ſeipſum diligere (poſt Deum) Domino præcipiente tenetur; vt brutorum naturam, non dubie æmuletur offenſionem proximi irrationabiliter tentans. Sentit enim quod facit, exequiturque quod irrationabile eſt, brutis

ſe

ſe vniens, quatenus ſentit, & à ratione ſe alie nat, iniurioſus proximo exiſtens. Hanc mentis erroneam actionem, voluntatiſquè praui tatem, in damnum proximi, turpiter machinatam corrigere, & enmendare ennixè cupimus; quod per ſuplicia iuri conformia aſſequemur; nec ſi grauiora hactenus ſcriptis im ponerentur, mihi diſplicerent, vt metu formidineq; eorum, vel proximi læuiora incō moda fugarentur, vnumquè corpus non diuiſum eſſemus, vna pax vna quies. Vt enim in corpore humano, partium diuiſio & diuortium, ſine certa corruptione non agitur, nec ſine atroci dolore diſcordiam, diuiſionemq; velut lugens natura; ſic nihil in republica plus quam proximi offenſa, eſt iure prę cauendum. Eſt autem iniuria illa, membrorum illius certa diuiſio; & inde corruptionē totius procurans, & rationalis reipublicæ de ſolationem. Hinc intelliges facile, quod lepus canem proſequentem illam exhorreſcens, aufugit, non ſe defendit: Defenſio enim vt nuper dicebamus, pugna inter duos eſt. Quilibet enim alium ſuperare, vincereque aut viribus, aut ratione conatur. Lepus verò,

nihil contra canem contendit. Fuga igitur eſt, non contentio, nec pugna.

# Quæſitum II.

*Defenſio de quo iure procedat?*

RECOPILLATIO.

*Defenſio à iure naturali prouenit, num.* 1.
*Defenſio non ſolum à iure naturali diuino & Euangelico procedit; ſed omnium iurium aprobatione eſt munita, num.* 2. & 4.
*Ius naturale, ſiue naturalis lex definitur, n.* 3.
*Iniuriæ propulſatio ex aliquorum ſententia à iure gentium procedit, & quo modo, nu.* 5.
*Auctoris ſententia, num.* 6.
*Interpratatur Iuriſconſulti* Florentini *ſententia*, in l. vim de iuſt. & iure, *num.*5. & *ſeq.*
*Defenſio animantibus competens, à iure prouenit naturali ſimpliciter. Quæ verò hominibus compit, à iure gentium, & quo modo, num.* 7.
*Ius gentium, idem eſt quod naturale ius, nu.*8.

*Ius*

*Ius naturale non competit brutis tanquam ius, ſed tanquam inſtinctus: & quare, numer. 9.*

*Ius naturale ſimpliciter, competit homini cum brutis in quantum eſt animal. Ius verò gentium, in quantum eſt rationale, nu. 10.*

*Quid in furioſo, in quo nullum animi iudicium eſt? ibid.*

*Laurentius Valla Iuriſconſultorum increpator, num. 11.*

CVm propriæ defenſionis cura, non ſolũ viuentium natura inſtiget, ſed æquitatis quoque ratio aſsiſtat; merito † eam à iure naturali prouenire tenendum eſt, *text. in l. 1. §. cũ arietes*, vbi Acurſ. *verb. natura ff. de vi, & vi armata. c. dilecto filio 6. de ſent. excommun. in 6. c. ſi vero alicuius 3. verſ. ſi verò extra eod. tit. c. ſignificaſti 18. in fine extra de homicid. volũt. l. itaq; ff. ad leg. aquil. can. ius naturale diſt. 1. Clemen. Paſtoral. verſ. cæterũ, de ſenten. & re iudicata*, Math. Vueſembec. *lib. 1. digeſtor. tit. 1. de iuſt. & iur. n. 15. verſ. & hæc quidẽ, ad finem, & verſ. huius partes*. Didacus Couar. *in Clem. ſi furioſus de homicid. 3. p. §. vnico, n. 1.* 1

Philip.Decius *in l.3.ff.de iuſt.* & *iur. num.*3. 5.& 17. addicionator ad ipſum Decium, *in l.nemo* 43.*ff.de reg.iuris lit. M.*Marcus Tuliꝰ Cicero,*in topicis*,relatus ab Antonio Goueano *var.lectio.lib.*1.*cap.*20.D.Calixtus Ramirez,*tract.de lege Regia*, §.29. *num.*19. Math. de Afflictis,*deciſ.*351.*num.*9. & *deciſ.*391.*n.* 2.& 3.Sebſtian Vancius, *de nullit.ex defectu citatio.nu.*3.& 4. Iulius Clarus, *in* §.*homicidium, nu.*62. *in fine,* & *ibi eius* additionator Ioannes Baptiſta Baiardus *num.*235.Cardin. Tuſchus,*pract.concluſ.lit.D.concl.*130.*nu.*1. Carolus de Graſis,*tract.de effectib. Cleric. effect.*9.*num.*240. Leonardus Leſius, è Societate Ieſſu,*in tract.de iuſt.*& *iure,lib.*2.*cap.*29. *dubit.*11.*num.*99. Nam defenſionis cura, ab omnibus vt æqua omnium voto pereq; cuſtoditur.Quod enim ęquum & bonum ſemper eſt, comuniq; omnium iudicio tale eſſe apparet;id ius naturæ eſt, vt Iuriſconſ. Paulus,*in l.penul.ff.de iuſt.*& *iure.*

2 A iure † etiam diuino defenſionem iuſtam procedere,tenet Carolus de Graſis, *d. effectu* 9.*num.*239. ſentit Vantius *d. tit. de nullit. ex defect. citatio. num.* 4. tenet Couar. *in d.Clement.*

*ment.ſi furioſus p.3.§.vnico,nu.*1. vbi, Acur-
ſium improbans,ex quo in *gloſſ.l.3.ff.de iuſt.*
*& iure*,tenuit,defenſionem iure fori permi-
ſam eſſe,ſed non iure cœli;aſſerit. Non pati-
tur humana cognitio, iuris naturalis non ig
nara, quidquam naturali ratione permitti,
quod apud Deum,qui ipſamet natura eſt,nõ
ſit idem permiſum. Qua ratione, nõ inmeri-
to ab aliquibus; † naturæ ius, ſiue lex ſic de- 3
finita fuit;nempe, *Eſt notitia,ſeu naturalis ra*
*tio, diſcrimen honeſtorum & turpium oſten-*
*dens, ad regendos hominum mores, & ad vlti-*
*mum finem, nempe Deum, referendos, diuini-*
*tus hominum naturæ inſita.* Sed Ioachim.
Minſinger.*in prin.inſtit.de iure naturali, n.5.*
Sic illud definit;vt ſit,quod natura,atq;adeò
Deus ipſe,omnes homines in creatione, pri-
ma quædam præcepta, & formulas honeſta-
tis docuit. M. Tulio Cicero, *lib.1.de legibus*,
relatus a Minſingerio *vbi prox.*& ab Vueſem
bec,*in paratil.d.tit.de iuſt.& iure n.15.lit.E.*
Ius naturale eſt (inquit) ratio ſuma, inſita à
natura,quæ iubet ea,quæ facienda ſunt,pro-
hibetq; contraria. Accommodata etiam no-
bis videtur illa,quæ ex diuo Paulo Apoſtolo

*ad*

*ad Rom.* 1. & 2. refertur ab Vueſembec. *vbi prox. d nu.* 15. *lit. C.* videlicet; *eſſe ius Dei & opus legis, ſcriptum in cordibus, quod Deus nobis oſtendit.* Quam Vueſembec. explicans, aſſerit quaſi dicat: legem naturæ eſſe notitiã, & partem legis diuinæ, ſeu mentis diuinæ radium, ac lucem, hominis náturæ inſitam, vt Deum agnoſcat, & ei ſe conformet. Deus enim a natura non diſtat, vt Minſinger. *vbi prox. nu.* 5. Vnde cum Iuriſconſ. Vlpianus, *in l* 1. *in fine, ff. de iuſt. & iure* naturale ius definiret & aſſereret, illud eſſe, *quod natura omnia animalia docuit*; adiecit poſtea Acurſius ibidem, *natura, ideſt Deus.*

4 De iure † etiam Euangelico defenſionem procedere, tradit Mantua, *ſingul.* 514. relatus ab Hypolito Maya, *conſult.* 22. *num.* 10. Igitur defenſio hominibus competens, non ſolum à iure naturali, ſed à iure etiam diuino, & Euangelico procedere, tenendum eſt; cui iuris poſsitiui, humani, Canonici, & Ciuilis, omniumq; iurium aprobatio adhæret, ac ſub ſequitur, *l.* 1. *§. eum qui ff. de vi & vi armata, l. ſcientiam* 45. *§. qui cum aliter, ff. ad leg aquil. l.* 1. *C. vnde vi. cap. ſignificaſti* 18. *in fine extra de*

*de homicidio, cap. dilecto 6. in princ. de ſentent. excommun. lib. 6. cap. ſi verò alicuius 3. verſ. ſi vero, extra eodem tit. tradit Hypolito Maya, d. conſult. 22. a num. 3. par. 1.*

Sed † ſupradictæ principali concluſioni reſiſtere videtur Iuriſconſ. Florentini ſententia, *in l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iure.* Quo 5
loci, vim iniuriæq; propulſationem, ſiue (vt melius dicam) defenſionem, à iure gentium prouenire fatetur.

Cuius contrarietatis pugnam vt componant iuris ciuilis ſectatores, in diuerſas ſentẽtias diuiſi fuere. Quidã enim dixerunt, quod ius illud gentium a Florentino, *in d l. vt vim* relatum, ſatis dici poteſt naturale ius, cum ex naturę inſtinctu procedat, vt facit *tex. in §. ſingulorũ inſti. de rer. diuiſ.* refert Decius *in d. l. vt vim n. 5.* cui huiuſmodi ſolutio nõ ſatisfacit; nã vt ipſe aſſerit, videtur contra *tex. in l. 2. ff. eod. tit.* Vbi ius naturale, a iure gentiũ diſtinguitur. Ergò cum iniuriæ propulſatio, in iuris gentium diſpoſitione exiſtat, *d. l. 3.* nõ poteſt ius gentium, naturale ius dici, cum iura hæc vt omnino diuerſa, & ſeparata a Iureconſultis ponantur.

Alij

Alij autem dicunt; vim ſimpliciter propulſare, à iure prouenire naturali: At propulſare vim & iniuriam, à iure gentium. Ratio diuerſitatis eſt; quia cum hominibus tantum iniuria conueniat, ex eo propulſare vim atq; iniuriam, à iure gentium prouenict, *vt d.l.*3. inquit. Hanc ex Acurſio, *in gloſſ.dict l.* refert Bart.*in d.l.vt vim,nu.* 5. ſequitur Decius *ibid. num* 5.*verſ.vnde Aliter*. Hunc textum referens Anton. Gouean. *lib.* 1.*var.lectio.cap.*20. & adducens etiam *textum in l.itaq; ff. ad leg. aquil.* contrarium illi, (dum aſſerit, defenſionem a iure naturali procedere;) illius contrarietati non reſpondit; ſed cum Cicerone *in topic.* ait, dubitandum non eſſe, quin ius defendendi ſe, naturale ſit: Cum animal nullũ tam infirmum ſit, tamq; puſilum, quod vim non propulſet, ſeque & ſua tueatur.

6 Verum † ego hoc caſſu certius credo, noſtræ concluſioni contrarium non eſſe textũ, *in d.l.vt vim.* Etſi enim aduerſus dictam ſentẽtiam tenere videatur quoad defenſionem; cum a iure gentium prouenire aſſerat: Nihil omninus tamen, ſi atentè perpendatur, alijs conſonare videbitur. Quamuis etenim defen-

fenſio hominibus cum brutis competat; diuerſimodè tamen ea vtuntur. Nam beſtiæ, ſolo inſtinctu ac naturæ impulſu ad durationem & conſeruationem, abſque ratione & voluntatis imperio, ſe defendunt & offendunt. Homines autem, cum illa cognitionis ratione, imperioq; voluntatis, qua ad ea iuſtè, & æquè vtendum ſpectat, ſe defendunt. Ea enim propriè defenſio eſt, quæ recto vſu rationis, ac voluntatis imperio vtitur. Cum igitur propriùs hæc hominibus defenſio cõpetat; à iure gentium eam prouenire dixit Iuriſconſ. Florentinus, *in d. l. vt vim.* Nõ quòd à iure naturali non procedat; ſed quia cum propriè, vt diximus, defenſio cum ratione & voluntatis imperio hominibus compe-tat; ideo à iure gentium prouenire declarauit. Hunc intellectum *ad d. l. vt vim* habere viſſus eſt Acurſius, dum *in gloſ. l. 1. §. eum qui ff. de vi & vi armata*, verbo *natura* eam allegat, cum defenſionem ſimpliciter à iure naturali procedere dicat: quem ſecutus eſt Paul. Caſtr. *in d. l. vt vim, nu. 5.* Et ſui † tenendum 7
eſſe non dubito: quod defenſio animantibus competens, à iure naturali ſimpliciter proce-

dit: At verò quæ hominibus competit, & ſi à iure naturali proueniat; iuris tamen noſter Conſultus Florentinus, à iure gentium prouenire aſſeruit, nō alio fine, quā vt diſtingueret defenſionē, quæ animātibus, & quę hominibus cōpetit: cū ius gētiū ſolis hominib⁹ inter ſe comune ſit; naturale autē omnib⁹ animātib⁹ cōpetat, *l.* 1. §. *ius gētiū, ff. de iuſt. & iure.*

8 Idem enim † erit (etiam quo ad hoc vt defenſio à natura proueniat) ius gētium, quod ius naturale, ſentit Anton Fauer *in iur. prud. papin. tit.* 2. *de iur. naturali, prin.* 4. *in prin. verſ.* & hoc ſenſu, § *ſingulorum, inſtit. de rerum diuiſ.* ibi, *quarum enim rerum dominium nanciſcimur iure naturali, quod ſicut diximus appellatur ius gentium*, & M. Tulius Cicero, *lib.* 3. *offic. Neque enim* (inquit) *hoc ſolum natura, id eſt iure gentium, &c.* Audiamus pauliſper Minſigerium *in prin. inſtit. de iure naturali n.* 14. dicentem. Vnde in decretis ſuma iuris diuiſio ſcite traditur, vt aut ſit naturale, aut poſitiuum. Nam ius gentium ſi propriè loquamur, aliàs ad ius naturale refertur, aliàs ad ius humanum: per ſe autem ſpeciem non facit. Errant ergo qui ius naturale & gentium diſtin-

ſtingunt ſpecie, quia etſi in modo proceden di varient, ſubſtantia tamen & origine ſunt vnum. Hæc ille. Ergo cum Iuriſconſultus, *in d. l. vt vim*, aſſerat, defenſionem à iure gentium prouenire, idem intelligendum eſt ac ſi diceret, à iure naturali. Nam quo ad defenſionem, ſubſtantia & origine vnum ſunt. Patet etiam hoc ex definitionibus ſupra adductis, in quibus Doctores, ius gentium (vt ita dicam) hominibus tantum competens, tanquam ius naturæ definiunt, non tãquam ius gentium. In hoc enim diferre poſſunt ius naturale, & ius gentium; nempe, vt illud naturale ius ſimpliciter, (quod natura omnia animalia docuit) omnibus viuẽtibus pertineat, & ſic (licet minus propriè) hominibus cum brutis. † Sed non pertinet brutis tanquam
ius, ſed tanquam inſtinctus naturalis: nam in 9
brutis cum nulla ſit ratio, nec vllum ius eſſe poteſt, ſic Minſinger. *in prin. inſtit. de iure naturali num.* 3. Hoc autem naturale ius compoſitum cum illa qualitate iuris gentium, & ſic ius gẽtium vocatum; hominibus tantum competit. Ex eo enim hoc quod hominibus competit, ius gentium vocatur; quia ipſis ſo-

lummodo,vt ratione,volũtate, & intellectu compoſitum, pertinet, vt à cæteris brutis & animantibus diſtinguãtur. ¶ Vlpiano, ergo *in l.1.in fine,ff.de iuſt.* & *iure*, tãtũmodo hãc diferentiam conſtituit inter ius naturale & gentium;non quia diferant,ſed,*quia illud omnibus animantibus; hoc ſolis hominibus inter ſe commune eſt*;videndus omnino Anton.Roſcius Perpinianenſis, *lib.2.memorabilium c.7. n.44.* & *65.* & *cap.8.a num.1.* & *num.25.*

10 Igitur ius † naturale ſimpliciter, competet cum brutis homini, in quantum eſt animal: Ius autem gentium,ſic vocatum,in quãtum eſt rationale.Fallit tamen in furioſo,cui etſi tanquam rationali ius hoc gentium competere debere videatur;tamen cum in eo nullum animi iudicium inueniatur, *l.ſi.cum dotem 23.ff.ſoluto matr.l.2.§.furioſus,ff.de procurator.l.qui ſeruum 47.ff.de acqui.hæred.l. furioſi 40.ff.de reg.iuris*, videtur dicendum ſolummodo ei competere, ius illud ſimpliciter naturale,brutis animantibus competens. Quibus non tanquam ius competet vt pro-
11 xime diximus,ſed tanquam † naturæ inſtinctus,ne in rabiẽ Laurentij vallæ incidamus,

*lib.4.*

*lib.4.elegant. Iuris,* Qui conſultos(in hoc vt ait,haud Cōſultos)reprehendit,& plus iuſtò irridet. Zoilus enim ſcriptorum hic,nec Bartulo pepercit;ne vlli Iuriſperitorum quidem. Sed quid , nō ſimplex gramaticus frigida ſua latinitate,loquacitate,verbo patrabit; cum à Iuriſconſultorum cōſortio(intruſus) vt inutilis ac ſpurius euulſus eſt? In quem non inmerito luſit Poeta quidam

*Tartareos manes defunctus Valla petiuit,*
*Non audet Pluto,verba latina loqui.*

Hæc de noſtro quæſitu dicta ſuficiant, vt ad alia tranſeamus.

## Quæſitum III.

*Defenſio rationalis quotuplex ſit? Et de illius neceſſitate.*

### RECOPILLATIO.

*Defenſio rationalis quotuplex,num.* 1.
*Defenſio naturalis ſiue manualis quæ, ibid.*
*Vis vi replenda eſt, num.* 2.
*Defenſionis ſpontaneæ, & rationalis diferentia,n.*3.

De-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*Defendere ſe, commune eſt hominibus cum brutis num 4.*
*Defenſio debet eſſe, cum moderamine rationis, & inculpatæ tutelæ, num. 5.*
*Defenſori iuſto, lex gladium in caſſu neceſſitatis tribuit, num. 6.*
*Ars naturam imitatur, num. 7.*
*Defenſio ciuilis ad naturalis defenſionis exemplum introducta eſt, ibid. & num 25.*
*Maioribus pares eſſe non poſſumus, num. 8.*
*Magiſtratus adinuenti ſunt, vt oppreſſos, & inualidos defenderent, ibidem, & num 9.*
*Et in hoc Regno timidi homines Magiſtratus auctoritate aſſecurantur, num. 10.*
*Aſſecuratio, ſiue cautio de non offendendo, quomodo fiat, ibidem.*
*Aſſecurare recuſans, quomodo a iudice compellatur, num. 11.*
*Alicubi, ſolet minatus dari in cuſtodiam minanti ſub vitæ pœna, num. 12.*
*Aſſecurare an quis etiam teneatur perſonas familiæ & valitorum aſſecurati, num. 13.*
*Aſſecuramenti fractor dicitur proditor, ibidem.*
*Proditoris pœna eſt, vt ipſius corpus trahatur, & bona confiſcentur, num. 14.*

Defen-

Defenſio ciuilis quæ, num.15.

Citatio defenſio dicitur, & à naturali & diuino iure producta, num.16.

Exceptiones omnes, paſsim in iure defenſiones vocantur.n.17.

Armaq; reorum dicuntur, num.18.

Reum in iudicio conuentum, ſe defendere dicimus,num.19.

Procuratores rei, propriè defenſores appellantur,num.20.

Procuratorum & defenſorum differẽtia, n.21

Sine mandato nullus in iudicio ad agendum admititur, num 22.

Secus in rei procuratore ſiue defenſore, nu.23.

De foro Regni nullus ſine mãdato neq; in agendo,neq; in defendendo admititur, num.24.

Defendi etiam ignorantes omnes, publicæ intereſt, num. 25.

Tutores,pupilorum defenſores dicuntur, n.26.

Abſque defenſore, nullum ius noſtrum, nec abſque defenſione eſſe voluit,num.27.

Sententia contra pupilum indefenſum lata nulla eſt ipſo iure,ibidem.

Sententia contra in auditam abſentem, ac in defenſam partem, nulla eſt,num.28.

Sen-

*Sententia furioſo dici nō poteſt, & quare. n. 29.*
*Deus Adamū, auditū & vocatū dānauit, n. 30*
*Defendere quid ſit, num. 31.*
*Defenſores alij ſunt neceſſarij, alij vero ſpontanei, num. 32.*
*Defendere, qui neceſſario teneātur, ibi. & n. 33*

1 DEfenſio † rationalis, quam ſupra definiuimus, bifariè à iure diuiditur. Alia enim naturalis eſt: alia autem ciuilis. Naturalis ergo, ſiue manualis defenſio, eſt illa quæ impulſu naturæ, extra iudicium ſe vel ſua iuſtè defendendo, fit. Quoad hanc ſiquidem defenſionem, natura ipſa nobis propenſione quadam ad viuendum dictat, hoſtium incurſus repellendos eſſe. Sicut enim ſagax ac omnium magiſtra natura, Prouidè oculorū indemnitati proſpiciens, luminumq; magni defenſionem pendens, ne pupillæ ſordium labe premerentur, palpebrarum cetra muniuit: Sicut etiam in humano corpore, inſtigāte natura, boni hominum humores à prabis oppreſsi, reluctātibus ipſis, ſuam illi cauſam, contra iniuſtè ab his accerſitam pugnam, iuſtè defendere connantur: Ita nos ſimiliter, natu-

natura impellente, inimicorum agreſiones æquè defendere curamus, † vim omnem, vi- 2
ribus noſtris repellendo, *tex. in l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iure, l. 1. §. eum qui ff. de vi, & vi armata, l. ſed & partus 12. §. quæri poterit, ff. de eo quod metus cauſa, l. 1 C. vnde vi, l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter 3 ff. ad leg. aquil. l. 2. & 3. C. ad leg. Cornel. de Siccar. cap. dilecto filio 6. in princ. de ſententia excommun. in 6. cap. ſignificaſti 18. in fine, de homicidio cap. ſi verò alicuius 3. verſ. ſi verà, de ſententia excommun.* Ramirez *tract. de leg. regia, §. 20. num* 84. *ad finem* Martinus Azpelcueta Nauarro, *part. 2. cap. 15. de quinto præcip. decalogi num. 3.* Don Ludouicus Peguera, *deciſ. crim. 78. num. 20. part. 2.* Carolus de Graſis, *tract. de effectib. cleric effect. 9. nu. 239. & 240.* Et pro huius defenſionis exhortatione, fas mihi ſit Aulij Gellij dictum proferre, *noct. atic. lib. 13. cap. 26.* Vita (inquit) hominum, qui ætatem in medio rerum agunt, ac ſibi ſuiſq; eſſe vſui volunt, negotia periculaq; ex improuiſo aſsidua & propè quotidiana fert. Ad ea cauenda atq; declinãda, perinde eſſe oportet animo sẽper prompto atq; intento, vt ſunt Athletarũ

qui Pancratiaſtæ vocantur. Nam ſicut illi ad certandum vocati, proiectis altè brachijs cõſiſtunt, caputq; & os ſuum manibus oppoſitis, quaſi vallo, præmuniunt: membraq; eorũ omnia priuſquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad faciendos parata: Ita animus atq; mens viri prudentis aduerſus vim & petulentias iniuriarum, omni in loco atq; in tempore proſpiciens debet eſſe erecta, ardua, ſepta, ſolida, expedita, nunquam conniuens, nuſquam aciem ſuam flectens: Conſilia cogitationeſq; contra fortunæ verbera, contraq; inſidias inimicorum, quaſi brachia, & manus protendens: Ne qua in re aduerſa & repentina incurſio, inparatis, inprotectiſq; nobis oboriatur.

3 Admonendum tamen, † quod hæc naturalis defenſio hominibus competens; difert ab alia primi membri ſupra relata; (nempe ſpontanea brutorum) quia etſi viribus naturalibus celebretur vt illa; fit tamen cum cognitione & voluntatis imperio; quæ in alia eſſe non poteſt.

4 Et hinc eſt, quod licet † comune ſit hominibus vnà cum brutis ſe defendere, & vim

vi repellere, *ex d. l. vt vim*, cum alijs ſupra al-
legatis, quibus accedat, *l. 1. §. cum arietes, ff. ſi*
*quadrupes pauper. feciſ. dicat.* notat *Clement.*
*ſi furioſus, de homicidio*, vbi etiam Couar. *p. 3.*
*§. vnico nu. 1.* Angelus Aretinus, *tract. de ma-*
*leficijs verbo, & dictus Titius ſe defendendo,*
*nu. 1.* Roland. a Valle, *conſ. 12. nu. 45. vol. 3.*
Petrus Dueñas, *regul. 191. & 192.* Anton.
Gouean. *var. lectio lib. 1. cap. 20.* Camil. Bor-
rel. *in Regia Aragonum, §. 1. gloſ. 3. num 100.*
*& 101.* Flamin. *de executio. ſententiæ in præ-*
*fat. nu. 9.* Greueus ad Gail. *lib. 2. concluſ. 110.*
*conſid. 1. & conſid. 2. n.* Iacobus Cancer, *va-*
*riar. lib. 2. cap. 10. num. 14. & 40.* Homines
tamen † cum rationis & inculpatæ tutelæ 5
moderamine, tuendi tantum, nō verò vlciſ-
cendi cauſa, ſe defendere tenētur (quod quo
modo capiatur, *infra lib. 3. q. 2.*) *l. ſcientiam,*
*§. qui cū aliter, ff. ad leg. aquil.* vbi etiam *gloſſ.*
*l. ſed & partus 12. §. 1.* vbi *gloſ.* verbo *repelle-*
*re ff. de eo quod metus cauſa, l. idem eſt 3. §. eum*
*igitur, ff. de vi, & vi armata, l. furem noctur-*
*num 9. ff. ad l. Cornel. de Sicear. d. cap. ſignifica*
*ſti, de homicidio c. vt famæ 35. ad finem, de ſen-*
*tentia excom.* Greueus ad Gail. *lib. 2. conc. 110.*

*conſid.* 1.*n*.31. Azpelcueta Nauarro,*conſ.6.tit. de homicidio lib.*5.*vol*.2. Iacobus Cuiatius *lib.* 5.*obſeruat.c*, 18. Dominicus Soto, *de iuſt.*& *iur.lib.*5.*q*. 1.*art*.8. D.Thom.2.2. *q* 64.*art*.7. Nicolaus Boerius *deciſ*.168.*n*.3.*par*. 1.dixi *in ſchol.ad comandam clauſ*.25.*nu*. 18.& *ſeq*. In hoc enim à brutis diferuntur, in quibus cog nitio vlla rationis, nec voluntatis imperium inuenitur,vt diximus.

Iſta ergo defenſio,quæ ob perſonæ,libertatis,vel rerum tutamen fit;iuſta defenſio vo
6 catur: cui tanquã † iuſtæ,legis auctoritas aſsi ſtit, quæ gladiũ priuato in caſſu defenſionis tradit;ex quo in neceſsitate illa, magiſtratus auxiliũ preſtò haberi non poteſt,*l.* 1.*C.quan do liceat vnicuiq;ſine iud.ſe vind.l.itaq;*4.*l.ſed etſi* 5.*ff.ad leg.aquil*.tradit Math. Vueſembec. *in paratil.tit.* 1.*de iuſt.*& *iur.n.*15.*ad finẽ,* Ra mirez,*de lege Regia*.§.20.*nu*.84 *in fine*.

Ad cuius itaq;naturalis defenſionis exem-
7 plũ,cum † ars naturam imitetur, §.*minorẽ in ſtit. de adoptio.* hominis neceſsitate oppreſsi, aliã artificialem quandã ac ciuilem defenſio nem introduxere.Cum ergo,aut quia timidi homines ſe defendere,& vim vi timore pre-

domi-

dominante,repellere non poterãt;aut † quia 8
maioribus pares eſſe non poſſumus,*l.quia* 3.
*ff.de alienat.iud.mut.cauſa*: Factum eſt inde,
vt magiſtratuum creatio inciperet, qui op-
preſſos,inualidos ſe ipſos proprio marte tuē
di;à violentijs defenderent,*l.nullus* 13. *C.de*
*iudicijs, Can. Regum officium* 23.*q*.5.*l. illici-*
*tas* 6.§.*ne potiores,ff.de officio Preſidis*. Hinc † 9
etiam magiſtratuum municipalium creatio
adinuenta:qui ciuitatū defenſores,*auth.de de-*
*fenſor.ciuit.in prin.col.*3.plebiſq;& vulgi ap-
pellati,*l.*2.*l.vtili ratione* 3.& *tot.tit. C.de de-*
*fenſor.ciuit*.Andreas Alciatus,*lib*.3.*diſpūctio.*
*c*.5.Cuiatius *lib*.3.*obſeru.c*.14. Vueſembec.
*ad.d.tit.n.*2.*in paratil.* Creati ſiquidē ſunt, vt
hoc agerent, nē infimi a nobilibus lederen-
tur;tenuium patrocinium ſuſcipientes cōtra
potentiorum oppreſiones, ac curialium ini-
quas rogationes,*l.vtili* 3.*l. in defenſoribus* 4.
*l.defenſores* 5. & *toto tit. C. de defenſor.ciuit.*
vbi Math. Vueſembec.*n*.2. Alciatus *d.lib*.3.
*cap*.5.Oſualdus Illigerus ad Donelum(aucto
res damnati)*lib*.17.*coment. cap*.7.*lit.T*. Scip.
Gentil.*lib*.2.*c*.7.& Math.Stephan. *lib*.1.*Ca.*
*cap*.14.*num*.99.

Nec

lummodo, vt ratione, volũtate, & intellectu compoſitum, pertinet, vt à cæteris brutis & animantibus diſtinguãtur. ¶ Vlpiano, ergo *in l.*1*.in fine, ff.de iuſt.* & *iure*, tãtũmodo hãc diferentiam conſtituit inter ius naturale & gentium; non quia diferant, ſed, *quia illud omnibus animantibus; hoc ſolis hominibus inter ſe commune eſt*; videndus omnino Anton. Roſcius Perpinianenſis, *lib.*2*.memorabilium c.*7. *n.*44. & 65. & *cap.*8*.a num.* 1. & *num.*25.

10 Igitur ius † naturale ſimpliciter, competet cum brutis homini, in quantum eſt animal: Ius autem gentium, ſic vocatum, in quã tum eſt rationale. Fallit tamen in furioſo, cui etſi tanquam rationali ius hoc gentium competere debere videatur; tamen cum in eo nullum animi iudicium inueniatur, *l.ſi.cum dotem* 23*.ff.ſoluto matr.l.*2*.§.furioſus, ff.de procurator.l.qui ſeruum* 47*.ff.de acqui.hæred.l. furioſi* 40*.ff.de reg.iuris*, videtur dicendum ſolummodo ei competere, ius illud ſimpliciter naturale, brutis animantibus competens. Quibus non tanquam ius competet vt pro-

11 xime diximus, ſed tanquam † naturæ inſtinctus, ne in rabiẽ Laurentij vallæ incidamus,

*lib.*4.

*lib. 4. elegant. Iuris,* Qui conſultos (in hoc vt ait, haud Cõſultos) reprehendit, & plus iuſtò irridet. Zoilus enim ſcriptorum hic, nec Bartulo pepercit; ne vlli Iuriſperitorum quidem. Sed quid, nõ ſimplex gramaticus frigida ſua latinitate, loquacitate, verbo patrabit; cum à Iuriſconſultorum cõſortio (intruſus) vt inutilis ac ſpurius euulſus eſt? In quem non inmerito luſit Poeta quidam

*Tartareos manes defunctus Valla petiuit,*
*Non audet Pluto, verba latina loqui.*

Hæc de noſtro quæſitu dicta ſuficiant, vt ad alia tranſeamus.

## Quæſitum III.

*Defenſio rationalis quotuplex ſit? Et de illius neceſſitate.*

### RECOPILLATIO.

*Defenſio rationalis quotuplex, num.* 1.
*Defenſio naturalis ſiue manualis quæ, ibid.*
*Vis vi replenda eſt, num.* 2.
*Defenſionis ſpontaneæ, & rationalis diferentia, n.* 3.

*De-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*Defendere ſe, commune eſt hominibus cum brutis num 4.*

*Defenſio debet eſſe, cum moderamine rationis, & inculpatæ tutelæ, num. 5.*

*Defenſori iuſto, lex gladium in caſſu neceſſitatis tribuit, num. 6.*

*Ars naturam imitatur, num. 7.*

*Defenſio ciuilis ad naturalis defenſionis exemplum introducta eſt, ibid. & num. 25.*

*Maioribus pares eſſe non poſſumus, num. 8.*

*Magiſtratus adinuenti ſunt, vt oppreſſos, & inualidos defenderent, ibidem, & num 9.*

*Et in hoc Regno timidi homines Magiſtratus auctoritate aſſecurantur, num. 10.*

*Aſſecuratio, ſiue cautio de non offendendo, quomodo fiat, ibidem.*

*Aſſecurare recuſans, quomodo a iudice compellatur, num. 11.*

*Alicubi, ſolet minatus dari in cuſtodiam minanti ſub vitæ pœna, num. 12.*

*Aſſecurare an quis etiam teneatur perſonas familiæ & valitorum aſſecurati, num. 13.*

*Aſſecuramenti fractor dicitur proditor, ibidem.*

*Proditoris pœna eſt, vt ipſius corpus trahatur, & bona confiſcentur, num. 14.*

Defen-

*Defenſio ciuilis quæ, num.15.*

*Citatio defenſio dicitur, & à naturali & diuino iure producta, num.16.*

*Exceptiones omnes, paſsim in iure defenſiones vocantur.n.17.*

*Armaq; reorum dicuntur, num.18.*

*Reum in iudicio conuentum, ſe defendere dicimus,num.19.*

*Procuratores rei, propriè defenſores appellantur,num.20.*

*Procuratorum & defenſorum differētia, n.21*

*Sine mandato nullus in iudicio ad agendum admititur, num 22.*

*Secus in rei procuratore ſiue defenſore, nu.23.*

*De foro Regni nullus ſine mādato neq; in agendo,neq; in defendendo admititur, num.24.*

*Defendi etiam ignorantes omnes, publicæ intereſt, num. 25.*

*Tutores,pupilorum defenſores dicuntur, n.26.*

*Abſque defenſore, nullum ius noſtrum, nec abſque defenſione eſſe voluit,num.27.*

*Sententia contra pupilum indefenſum lata nulla eſt ipſo iure,ibidem.*

*Sententia contra in auditam abſentem, ac in defenſam partem,nulla eſt,num.28.*

*Sen-*

*Sententia furioſo dici nõ poteſt, & quare, n. 29.*
*Deus Adamũ, auditũ & vocatũ dãnauit, n. 30*
*Defendere quid ſit, num. 31.*
*Defenſores alÿ ſunt neceſſarÿ, alÿ vero ſpontanei, num. 32.*
*Defendere, qui neceſſario teneãtur, ibi. & n. 33*

1 DEfenſio † rationalis, quam ſupra definiuimus, bifariè à iure diuiditur. Alia enim naturalis eſt: alia autem ciuilis. Naturalis ergo, ſiue manualis defenſio, eſt illa quæ impulſu naturæ, extra iudicium ſe vel ſua iuſtè defendendo, fit. Quoad hanc ſiquidem defenſionem, natura ipſa nobis propenſione quadam ad viuendum dictat, hoſtium incurſus repellendos eſſe. Sicut enim ſagax ac omnium magiſtra natura, Prouidè oculorũ indemnitati proſpiciens, luminumq; magni defenſionem pendens, ne pupillæ ſordium labe premerentur, palpebrarum cetra muniuit: Sicut etiam in humano corpore, inſtigãte natura, boni hominum humores à prabis oppreſsi, reluctãtibus ipſis, ſuam illi cauſam, contra iniuſtè ab his accerſitam pugnam, iuſtè defendere connantur: Ita nos ſimiliter, natu-

natura impellente, inimicorum agreſiones
æquè defendere curamus, † vim omnem, vi- 2
ribus noſtris repellendo, *tex. in l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iure, l. 1. §. eum qui ff. de vi, & vi armata, l. ſed & partus 12. §. quæri poterit, ff de eo quod metus cauſa, l. 1 C. vnde vi, l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter 3 ff. ad leg. aquil. l. 2. & 3. C. ad leg. Cornel. de Siccar. cap. dilecto filio 6. in princ. de ſententia excommun. in 6. cap. ſignificaſti 18. in fine, de homicidio cap. ſi verò alicuius 3. verſ. ſi verà, de ſententia excommun.* Ramirez *tract. de leg. regia, §. 20. num* 84. *ad finem* Martinus Azpelcueta Nauarro, *part. 2. cap. 15. de quinto præcip. decalogi num. 3.* Don Ludouicus Peguera, *deciſ. crim. 78. num. 20. part. 2.* Carolus de Graſis, *tract. de effectib. cleric. effect. 9. nu. 239. & 240.* Et pro huius defenſionis exhortatione, fas mihi ſit Aulij Gellij dictum proferre, *noct. atic. lib. 13. cap. 26.* Vita (inquit) hominum, qui ætatem in medio rerum agunt, ac ſibi ſuiſq; eſſe vſui volunt, negotia periculaq; ex improuiſo aſſidua & propè quotidiana fert. Ad eâ cauenda atq; declinãda, perinde eſſe oportet animo ſẽper prompto atq; intento, vt ſunt Athletarũ

qui Pancratiaſtæ vocantur. Nam ſicut illi ad certandum vocati, proiectis altè brachijs cõſiſtunt, caputq; & os ſuum manibus oppoſitis, quaſi vallo, præmuniunt: membraq; eorũ omnia priuſquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad faciendos parata: Ita animus atq; mens viri prudentis aduerſus vim & petulentias iniuriarum, omni in loco atq; in tempore proſpiciens debet eſſe erecta, ardua, ſepta, ſolida, expedita, nunquam conniuens, nuſquam aciem ſuam flectens: Conſilia cogitationeſq; contra fortunæ verbera, contraq; inſidias inimicorum, quaſi brachia, & manus protendens: Ne qua in re aduerſa & repentina incurſio, inparatis, inprotectiſq; nobis oboriatur.

3 Admonendum tamen, † quod hæc naturalis defenſio hominibus competens; difert ab alia primi membri ſupra relata; ( nempe ſpontanea brutorum ) quia etſi viribus naturalibus celebretur vt illa; fit tamen cum cognitione & voluntatis imperio; quæ in alia eſſe non poteſt.

4 Et hinc eſt, quod licet † comune ſit hominibus vnà cum brutis ſe defendere, & vim

vi repellere,*ex d.l.vt vim*, cum alijs ſupra al-
legatis,quibus accedat,*l.1.§.cum arietes,ff.ſi*
*quadrupes pauper. feciſ. dicat.* notat *Clement.*
*ſi furioſus,de homicidio,*vbi etiam Couar.*p.3.*
*§.vnico nu.1.*Angelus Aretinus,*tract.de ma-*
*leficijs verbo , & dictus Titius ſe defendendo,*
*nu.1.*Roland. a Valle, *conſ.12.nu.45.vol.3.*
Petrus Dueñas, *regul.191.* & 192. Anton.
Gouean. *var.lectio lib.1.cap.20.* Camil.Bor-
rel.*in Regia Aragonum,§.1.gloſ.3.num* 100.
& 101. Flamin. *de executio. ſententiæ in præ-*
*fat.nu.9.*Greueus ad Gail. *lib.2.concluſ.*110.
*conſid.* 1. & *conſid.2.n.* Iacobus Cancer, *va-*
*riar.lib.2.cap.* 10.*num.*14. & 40. Homines
tamen † cum rationis & inculpatæ tutelæ 5
moderamine,tuendi tantum, nō verò vlciſ-
cendi cauſa,ſe defendere tenētur (quod quo
modo capiatur,*infra lib.3.q.2.*) *l.ſcientiam,*
*§.qui cū aliter,ff.ad leg.aquil.* vbi etiam *gloſſ.*
*l.ſed & partus 12.§.1.*vbi *gloſ.*verbo *repelle-*
*re ff.de eo quod metus cauſa,l.idem eſt 3.§.eum*
*igitur,ff.de vi,& vi armata, l.furem noctur-*
*num 9.ff.ad l.Cornel.de Sicear.d.cap.ſignifica*
*ſti, de homicidio c.vt famæ 35.ad finem,de ſen-*
*tentia excom.*Greueus ad Gail.*lib.2.conc.*110.

dominante,repellere non poterãt;aut † quia 8
maioribus pares eſſe non poſſumus,*l.quia* 3.
*ff.de alienat.iud.mut.cauſa*: Factum eſt inde,
vt magiſtratuum creatio inciperet, qui op-
preſſos,inualidos ſe ipſos proprio marte tuẽ
di,à violentijs defenderent,*l.nullus* 13. *C.de*
*iudicijs*, *Can. Regum officium* 23.*q*.5. *l. illici-*
*tas* 6.§.*ne potiores*,*ff.de officio Preſidis*. Hinc † 9
etiam magiſtratuum municipalium creatio
adinuenta:qui ciuitatũ defenſores,*auth.de de-*
*fenſor.ciuit.in prin.col*.3.plebiſq;& vulgi ap-
pellati,*l*.2.*l.vtili ratione* 3.& *tot.tit. C.de de-*
*fenſor.ciuit*.Andreas Alciatus,*lib*.3.*diſpũctio.*
*c*.5. Cuiatius *lib*.3.*obſeru.c*.14. Vueſembec.
*ad.d.tit.n*.2.*in paratil*. Creati ſiquidẽ ſunt, vt
hoc agerent, nẽ infimi a nobilibus lederen-
tur;tenuium patrocinium ſuſcipientes cõtra
potentiorum oppreſiones, ac curialium ini-
quas rogationes,*l.vtili* 3.*l. in defenſoribus* 4.
*l.defenſores* 5. & *toto tit. C. de defenſor.ciuit.*
vbi Math. Vueſembec.*n*.2. Alciatus *d.lib*.3.
*cap*.5.Oſualdus Illigerus ad Donelum(aucto
res damnati)*lib*.17.*coment.cap*.7.*lit.T*. Scip.
Gentil.*lib*.2.*c*.7.& Math.Stephan. *lib*.1.*Ca.*
*cap*.14.*num*.99.

Nec

Nec in noſtro Aragonum Regno infimi
medella carent: Siquidem ſpeciale remedium
a foris adinuentum eſt, quo pauidi homines,
ac timore oppreſsi, adhibita iudicis auctori-
10 tate ſecuritatem reciperent. Si ergo † quiſ-
quam pertimeſcens extet, ſibi ab aliquo no-
cumentum quodq; in perſona aut bonis fie-
ri poſſe; iure noſtro aſsiſtente, illũ à quo dã-
num fiendum ſuſpicatur, ad faciendam ſecu-
ritatem cogere valet: qui timentem aſſecura-
re tenetur; & ad id iudex, eum carceris coher
tione mediante, quo vſq; pareat, compellet,
vt colligitur *ex obſ. item nullus, tit. de proditio.*
*obſ. 3.7.8. & 9. tit. de citatione*, Mich. del Mo
lino *in repertor.* verbo *aſſecuramentum*, vbi
Portol. Petrus Molinus *in pract. tit. proceſſus*
*ad aſſecurãdum perſonam, fol. mihi* 258. Mich.
Ferrer *in meth. iuditiar. tit. de proceſſu ad aſſe-*
*curandum perſonam, fol. 70. pag.* 2. Et ſimiliter
de iure communi, poteſt pars petere ab eo à
quo offendi timet, vt ſibi de non offenden-
do cautionem preſtet; iudexq; illum cogere
ad eam preſtandam tenetur, *l. illicitas 6. §. ne*
*potentiores, ff. de officio Preſidis*, tradit Vulpel.
*de promiſ. de non offendendo, q. 73. num.* 3. Pe-
trus

trus à Plaça, *in epitome delictorum, lib. 1. cap. 7. num.* 1. Hieronymus Portoles *in §. aſſecuratio nu.* 1. Iul. Clarus *in pract. crim. §. fin. q.* 47. *num.* 2. vbi Baiardus *num.* 1. Felinus *in rubr. de tregua & pace n.* 10. *in prin. per* Abbatem, Bartolum, Baldum, & alios *a ſe ibidem* allegatos.

Quid † ſi aſſecurare recuſet? Iul. Clarus 11 *vbi prox. num.* 3. aſſerit, illum eſſe reijciendũ a ciuitate, ſub graui pœnarum cominatione. Diſplicet Baiardo *ibidem n.* 22. ſic: Quia hoc modo non obuiatur ſcandalis, ſed ſunt carcerandi vt fideiubeant. Ita ex praxi noſtri Regni procedit *vt ſupra*: & ſi citatus ad aſſecurandum latitat, incartatur vt capi poſsit à quocunq; etiam priuata perſona, qualibet die & hora etiam noctis, & extrahi a quocunque loco priuilegiato, *§. itemq; como fuero, tit. declaratio priuilegij generalis, obſ. item ſuper 7. tit. de citatione,* Molin. verbo *aſſecuratio, verſ. ad aſſecurandum, fol.* 43. Petrus Molinos, *in d. proceſſu ad aſſecurandam perſonam.* Sed dum illud diſcutitur, ſi iudici viſſum fuerit in mora periculum eſſe, poterit etiam cũ citatione ipſius inhibitio interueniri, ne ci-

tan-

tandus, interim, citationis tempore pendente, donec aſſecurauit, damnum aliquod inferat, ſic Ferrer *in d. proceſſu ad aſſecurandũ perſonam, fol.* 71. *part.* 1. aut poterit in citatione clauſula aponi, vt interim habeatur pro data promiſsio de non offendendo, dum effectiuè aſſecuratio non preſtatur, ita Baiardo *d. q.* 47. *num.* 22. quod vt prouidè ſtatutum, laudari certè debet, vt ſceleratorum hominum audatia refrenetur; & magiſtratus in aſſecurationis huius camo & freno, maxillas eorum conſtringant. Et laudo valdè aliquorũ
12 loquorum conſuetudinẽ; vbi † quando quis alteri minatur, ſolet ille in cuſtodiam dari aduerſario ſuo ſub pœna vitæ, vt tradit Iul. Clarus *d. q.* 47. *num.* 3.

Hæc licet procedãt, vt quis perſonam &
13 bona aſſecurare teneatur; non † tamen tenetur familiæ ac valitorum perſonas aſſecurationem petentis, aſſecurare, Molin. d. verbo *aſſecuratio verſ. aſſecuramentum ſi aliquis petit, fol.* 44. vbi Portoles *num.* 4. & 7. Ferrer *vbi prox.* (quidquid de iure procedat, vt Felin. *in rubr. de tregua & pace num.* 10 *in fine,* ex Bal. *in l.* 1. *ad finem, C. de Epiſcop. & Cler.*

& alij

& alij relati à Portoles, *d. §. aſſecuratio. n. 5.)*
Rationem adfert Molin. *vbi proxime*, quia
aſſecuramentum magnam pœnam inducit:
ſiquidem illius fractor, dicitur proditor, vbi
Portol. *n. 7. obſ. 4 de proditio.* (videndus d. Mo
lin. verbo *fractor aſſecuramenti*, & verbo *fra
ctor pacis*, vbi Portoles, de eorum pœna agen
tes:) Proditoris † autem corpus trahi debet, 14
ſiue (vt Molini verbo vtar) arraſtrari; ipſiuſq;
bona confiſcantur *obſ. 3. tit. de proditio.* à Mo
lino ibidem allegata, & in verbo *confiſcatio
fol. 69. col. 4.* Et hic eſt caſus falentialis illius
regulæ qua cauetur, confiſcationi locum nõ
eſſe in Aragonia, *§. item, como ſegun fuero, tit.
declaratio priuilegij generalis.*

Huiuſmodi itaq; difugium, inualidis ma-
ximè ac timoratis hominibus, qui proprijs
viribus ac robore ſe defendere non poſſunt,
ex iuris noſtri ciuilis prouido inuentu com-
petit. Igitur † defenſio ciuilis, illa eſt quæ à 15
defenſore, adhibita iudicis vel magiſtratus
auctoritate, fit.

Hæcce ciuilis defenſio, ampliſsimè qui-
dem intelligitur: Nam † citationem defenſio 16
nem appellamus, & à iure naturali productã,

licet ciuiliter experiatur: Quin imo & à diuino prouenientem, de qua diximus, *in additionibus ad chyrographum mercatoris.* D.Ioſephi de Niño cordialis amici; ſituatis poſt meum Comãdæ ſcholium, *lit.*K.*a num.*2. Et

17 in † iure quoq; noſtro, paſsim omnes exceptiones, defenſiones vocantur, *l. Bebius Marcellus* 30.*circa fin ff.de pactis dotal.l.ſed etſi* 52 *vbi etiam gloſ. ff. de iudicijs, l. ſufficit* 56.*ff.de condition.indeb.l.cum nondum* 4.*l. ſiquidem* 9. *l.defenſiones* 11. *l. ſi quis* 12. *C.de exceptio.ſeu præſcriptio.l.is qui* 5.*ff.eodem, l.*1. *in fine, C.de iuris & fac.ignor. l. emptori* 28. C. *de euictio. prin.inſtit.*iuncto *§.*1.2.*&* 3.*in fine, tit.de exceptio.cap.cum inter* 9.*cap.dilecti* 8. *extra de exceptio. cap. nullus* 20. *de reg.iuris in* 6.*forus* 1. *tit.de rei vendicat fol.* 53.*col.*2. *ad medium forus* 2.*eod.tit.forus vnicus de cenſualibus,* Mat. Vueſembec. *in paratil. ſup. lib.*8. *C.tit.* 36. *de exceptio, num.*1.*&* 2.*& num.*5. *ad finem,* Petrus Gregorius *lib.* 21.*ſintagmat.c.*17. Couar. *in regul. poſſeſſor p.*1.*in prin.n.*4. Donelus auctor dãnatus, *lib.*22.*comen.c.*1. vbi Oſual. Illi

18 ger.*in notis lit.C.& E.* † Armaq; reorum dicũtur, *gloſ.in prin.inſtit.de exceptio.* vbi Vult. *num.*4.

*num.* 1. ſic Illiger. *vbi prox. lit.* C. ex Ayrer, *de*
*proceſ. p.* 1. *c.* 3. *obſ.* 2. *num.* 5. Petrus Gregor.
*vbi prox.* Contard. & alijs *ibidem relatis*, dixi
etiam in *ſcholijs ad Comandam clauſ.* 34. *nu.*
12. † Reumq; conuentum ſe defendere in 19
iudicio dicimus, *l.* 2. *§. ſed etſi agat, ff. de iudi-*
*cijs d. §.* 1. 2. & 3. *in fine inſtit. de exceptio.* no-
tat *tex. in l. inuitus* 199. *vbi gloſſ. ff. de reg. iu-*
*ris, l. nemo* 43. *ff. eodem d. l. ſiquidem* 9. *l. ſeruum*
33. *§. publicè, ff. de procurat. forus de voluntad,*
*tit. de rei vendicat. forus vnicus de modo & for*
*ma proced. in crim. forus e por dar, tit. de proceſ-*
*ſu contra citatos & abſentes.* † Et ipſius pro- 20
curatores, propriè defenſores apellamus *l. mi*
*nor* 51. *ff. de procurat. & in rubro & nigro, ff.*
*eod. tit. de procuratoribus & defenſoribus, vbi*
*gloſ.* 1. Et DD. differentiam † conſtituunt in- 21
ter procuratores & defenſores, Donel. Enu-
cleatus, *lib.* 18. *comen. c.* 9. Nam illi, ſunt qui
actoris vicē ſuſcipiunt: Ij autem, qui rei no-
mine defendunt, ſic Donel. *d. lib.* 18. *cap.* 9. *in*
*prin.* tradit Anton. Pichard. *in rubr. inſtit. tit.*
*de his per quos agere poſſumus num.* 18. accedat
Vueſembec. *in paratild. ad d. tit. de procurat. in*
*prin. & num.* 12. Minſinger. *in §. procurator.*

*inſtit. eod. tit. num.* 4. notat *tex. in l. ſed & ae 35. ff. de procurator.* Diferunt etiam, quia procurator mandato domini adminiſtrat, *l.* 1. *ff. de procurat.* Iul. Paul. *lib.* 1. *ſentent. tit.* 3. *de procur. c.* 2. Speculator *in rubr. huius tit. n.* 1. Minſing. *in §. procurator inſtit. de his per quos agere nu.* 10. Donel. *d. lib.* 18. *c.* 9. *in princ.* Ambroſius Calepinus, *verbo procurat.* Vueſembec. *d. tit. in princ.* definitionem adferens (à quo in Pichardum *vbi prox. a num.* 6. cum illius ex-
22 plicatione, decurſam conſpexi.) Nec † quiſquam ſine mandato ad agendum in iudicio admititur *c.* 1. *extra de procurat. l. ſi procurator* 10. *l. licet* 24. *C. eod.* à Pichard. allegat. *in manu ductio. ad praxim p.* 1. *præcepto* 1. *n.* 3. Minſinger. *in §. ſin autem inſtit. de ſatiſdatio. num.* 3.
23 Aliud † tamen in defenſore procedit, qui ſine domini mādato, vltroq; negociare poteſt. Siquidē fauore rei permiſſum eſt, vt ſine mādato defendere poſsit, notat *tex. cum gloſ. in l. minor, ff. de procurator. §.* 1. vbi Minſinger. *inſtit. de obligatio. quæ ex quaſi contrac.* Donel. *lib.* 18. *com. c.* 9. Oſual. Illiger. *in notis lit. C. l.* 1 *&* 2. *ff. de negocijs geſtis.* Pichar. *in d. rubr. de his per quos n.* 8. Vueſemb. *d. tit. de procur. n.* 2.

*& nu.*

*& nu.12.lit.E.* Roland. a Valle *conſ.47.n.18.*
*vol.3.* Minſing. *d.§.procurator n.*4. (quidquid
de iure patrio procedat; † quo attēto, nullus 24
ſine procuratione neq; in agendo, neq; in de-
fendēdo admititur, *obſ. itē in Arag.* 14. *tit. de*
*general priuilegijs totius regni*, Molin. verbo
*procurator, verſ. ſine procuratione. fol.270.col.3*
*in prin.* vbi Portol. *n.*52. & verbo *mandatum,*
*verſ. ſine mandato fol.215.col.3. in prin.* & ver
bo *coniūctus fol.71.col.2.* vbi Portol.) Defen
ſionis enim cauſa priuilegiata eſt. Publicæ † 25
ſiquidem intereſt, ignorantes etiā omnes de-
fendi, *ex l. ſeruū 33.§. publicè, ff. de proc.* Vue-
ſemb. *vbi ſup. lit.* F. ne abſentis indefenſi ius
adimatur *d.l.1.ff. de negotijs geſt. & ex l.1.§.*
*fin. ff. quod cuiuſq; vniuerſitatis,* Vueſemb. *vbi*
*prox lit. G. d §.1. inſt. de oblig. quæ ex quaſi con*
*trac.* Et in hoc etiā ius ciuile, naturale ius imi
tatur: nam ſicut quilibet natura permitente,
poteſt extraneum inuaſſum abſq; ipſius man
dato & deprecatione, naturali defenſione aſi
ſtere, & pro ea agreſorē impunè occidere, *vt*
*infr. latè lib.5.q.1.* dixi; ita ſimiliter abſq; man
dato poteſt abſentem ac ignorantem ciuili-
ter conuentum, ciuiliter etiam defendere.

Tuto-

26 Tutores † etiam, qui eis qui propter ætatem ſe defendere non poſſunt dantur, *ex.* §. 1 *inſtit. de tutelis*, vbi Minſiger. Pichar. & inſtitutiſtæ omnes, *l.* 1. *ff. eod.* (quòd naturali ratione conueniens, *§. impuberes, tit. inſtit. de Atiliano tutore*, vbi Pichardus *num.* 1. cum Cicerone, *de officijs lib.* 1. & *l.* 1. *ff. de minoribus*) defenſores recta ratione dicuntur, *d. l.* 1. ibi, *quaſi tuitores atq; defenſores*, §. *tutores inſtit. eod. tit.* vbi Minſinger. & Pichar. *num.* 10. Liui. *lib.* 1. Cicero. *de oratio.* Nam tutella, idẽ eſt quod defenſio; Calepinus verbo *tutella*, ſicut æditui, qui ædes tuentur communi omnium voto intelliguntur, *d. l.* 1. *§. eſt autem, verſ. itaq;* Aulus Gelius *noctium aticar. lib.* 12
27 *cap.* 10. Nullum enim † abſq; defenſione aut defenſore, ius eſſe voluit: Ideoq; ſententiam contra pupillum indefenſum prolatam, ipſo iure nullam eſſe, declarauit, *text. in l. cum & minores* 4. C. *ſi aduerſ. rem iudic.* Anton. Theſaurus *deciſ.* 99. *num.* 21. Rolan. a Valle, *conſ.* 72. *num.* 30. *vol.* 3. Idem de ſententia prolata in pupillum legitimo adminiſtratore carentem, Roland. a Valle, *conſ.* 85. *num.* 27. *vol.* 2.
28 acta etiam omnia † contra inauditam, abſen-

ſentem, (& ſic indefenſam partem) facta, nulla eſſe protulit, *l.* 1.*l. ea quæ* 7.*C. quomodo & quando iudex,l.de vnoquoque* 47.*ff.de re iudicata, can. caueant , can. omnia , can.abſens* 3. *q.*9.Bald.*in l.*1.*num.*7.*& d.l. ea quæ in princ.* Oſual.ad Donel.*lib.*21.*comen.c.*5.*lit.R.* Ægidius Boſius,*in praxi tit. de fauoribus defenſionis num.*8. Sebaſtian. Vantius *de nullit.tit.de modo videndi proceſſum num. 6. in princ.* dixi in ſchol. ad Comandam *clauſ.* 26.*nu.* 49.51. & 52. Roland. a Valle *conſ.* 68.*num.* 11. & 13. *volum.*2. Nam vt Seneca *in Traged. quæ Medea inſcribitur.*

*Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,*
*Æquum licet ſtatuerit,haud æquus fuit.*

Tertul. *in apologet. aduerſus gentes lib.* 1. *c.*1. *Quid*(inquit)*deperijt legibus in ſuo Regno dominantibus, ſi audiatur an hoc magis gloriabitur poteſtas eorum , quo etiam auditam damnabunt veritatem? Cæterum in auditam ſi damnent, præter inuidiam iniquitatis, etiam ſuſpitionem merebuntur alicuius conſcientiæ,nolentes audire quo, auditum damnare non poſſent.*

Hinc ratio † quare furioſo ſententia dici 29
nequeat,*l.furioſo* 9.*ff.de re iudicata*; quia abſen-

ſentis loco habetur, *l. vbi* 124. §. *furioſus, ff. de reg. iuris*, cum alijs iuribus a me adductis in ſchol. ad Comendam, *clauſ.* 5. *num.* 4. Donel. *lib.* 17. *coment. c.* 6. & ibi Oſual. *lit.* F. Intereſt enim partem abſentem non eſſe; quia vel dicere poteſt quod iudicem moueat, vel præſentia & conſpectu, iudicem malè conſcium ab iniquitate deterrere, ſic Donel. Enucleatus *vbi prox. lit. E.* accedat Sarmiento, *lib.* 2. *ſelectar. interprat. cap.* 14. *num.* 7 natura (inquit) docemur, vt nō niſi re cognita, & parte audita iudicetur: Quid quod nec diabolo ſi iudicio verſari poſſet, inuocatum ac inauditum damnare fas foret, Vantius *de nullit. ex defectu citatio. num.* 3. Sigiſmundus Scacia *de iudicijs cauſar. ciuil. cap.* 88. *num.* 2. Deus
30 inſuper † optimus maximus, neceſsitatē defenſionis nobis oſtendit; qui vt ſumè iuſtus, bonus, & miſericors; defenſione Adamo priuare noluit: Sed eo vocato & audito, in eum ſententiam protulit, *Genèſ. cap.* 3. ¶ Defenditur ſiquidem quis, quando vt reus petitionibus, ſiue poſitionibus, ad elidendam agentis intentionem reſpondit. At verò interue-
31 niēte procuratore ſiue defenſore; tunc † de-

fen-

fendere, eſt iudicium rei nomine ſuſcipere &
eandem vicem obire, quam reus ſubiturus
eſt; hoc eſt, id facere quod dominus in litem
faceret, *l. ſed & ae, 35. §. defendere, ff. de pro-
cur. l. rectè 63. ff. de iudicijs, l. filiusfamilias 8.
in prin. l. minor 51. ff. eod. tit. de procurat.* De-
fenſores † autem, alij neceſſarij ſunt; alij ve- 32
rò ſpontanei: Nam quidam neceſſariò de-
fendere coguntur; quidam autem volunta-
riè, & vltro ad amici cauſam propugnan-
dam accedunt, *l. tutori 20. C. de negotijs geſtis,
l. liberto 32. §. litem, ff. eod.* Onus ſuſcepti offi-
cij, neceſsitatem pupillos, furioſos, & ſimiles
perſonas defendendi, imponit tutoribus atq;
curatoribus, *d. l. tutori, vbi gloſ.* verb. *muneris,
l. ait prætor, §. curatori, & §. hac actione vbi e-
tiam gloſ. ff. de negotijs geſtis,* Donel. Enuclea-
tus, *lib. 18. comen. c. 13. lit. C. & c. 9. in prin.* Co
gũtur etiam neceſſariò defendere, ij qui alie
no nomine agunt, *l. ſeruum quoq; 33. §. ait
prætor, & §. æquũ, ff. de procurator.* quipe ſicut
excuſationē habere nequit dominus principa
lis agens, vt ſe defendere cogatur; ita nec pro
curator: qui † etſi quãdoq; volũtarius fuerit, 33
tamē ſi poſtquã vt procurator egit, recõuētus;

 ne-

neceſſarius defenſor erit, Oſual. ad Donel. *lib.* 18. *coment. cap.* 12. *lit. A.* proſequitur mirificè hoc, Vueſembec. *d. tit. de procurat. n.* 12. per totum, cui lectores recurrant: Nam noſter principalis tractatus, non de ciuili iuditiaria; ſed de naturali manuali defenſione eſt prædicator & aſſertor, de illa infra, *lib.* 2. *q.* 1. *& lib.* 4. *quæſt.* 4. iuncto *lib.* 5. *quæſt.* 4. Ideoque ad alia tranſeamus.

LIBER

# LIBER SECVNDVS.

## Quæſitum I.

*Defenſio quibus, & contra quos competat?*

### RECOPILLATIO.

*Vita praecioſsior, ac ſtimabilior eſt rebus omnibus temporalibus, num.* 1.
*Vita licet nobis cum caeteris animantibus communis ſit, charior tamen eſt homini, nu.* 2.
*Defenſionis priuilegium nulli denegatur, nu.* 3.
*Defenſio, & diabolo quoq; competit, num.* 4.
*Vis priuata cuiq; ad defenſionem competit, n.* 5.
*Et contra quemlibet etiam Eccleſiaſticum, alſq; metu irregularitatis, ibidem.*
*Etiam contra Epiſcopum, Archiepiſcopũ, Cardinalem, Imperatorem, & Pontificem, ibi.*
*Subdito contra Abbatem competit defenſio ſi quid non iure facere tentet, num.* 6.
*Filio quoq; contra patrem competit, ibid.*
*Subdito, contra magiſtratum, defenſio competit, & vim vi repellere poteſt, nu.* 7.

 *In-*

*Intellige tamen, ſub diſtinctione vt, ibid & n. 16. cum ſeq.*
*Officiali iniuſtè, & de facto aliquid exequenti, de facto reſiſti poteſt, num. 8.*
*Intellige tamen vt, ibidem.*
*Et in hoc Regno etiam procedit, num. 9.*
*Officiali reſiſti poteſt, quando grauamen inferendum notoriè iniuſtum eſt, num. 10.*
*Officiali volenti delinquentem extrahere à domo infantionis, in caſſu à foro non permiſſo, impunè reſiſti poteſt, num. 11.*
*Idem ſi firmam non obtemperet in caſſu quo arctat, num. 13.*
*Libertates defendi poſſunt, etiam contra quoſcumq; reſiſtendo, num. 12.*
*Defenſio competit contra quemlibet ſuperiorem iniuſtè vim inferentem, num. 14.*
*Occidere an impune quis poſsit, Principem vel Papam iniuſtè aliquem inuadentem, pro vitæ propriæ defenſione, num. 15.*
*Defenſio ſubditis contra ſuperiores competens, quomodo exercenda ſit, num. 16. & ſeq.*
*Defenſio quæ competat filio, ſeruo, aut diſcipulo cõtra ſuos ſuperiores, quãdo nõ occidere; ſed percutere aut flagellare, eos tẽtant, n. 17*

Vxo-

*Vxori erga maritum quæ defenſio competat*, 18.

*Vxor an ſub viri ſit poteſtate, & quo modo*, ibidem, & num. 19.

*Maritus an ius vxorem caſtigandi, aut verberandi habeat*, num. 20. & 21.

*Defenſio non competit contra priuatum iuſtè vim inferentem*, num. 22.

*Bannitus, impunè ſe defendere an poſſit*, num. 23. & ſeq. & num. 32.

*Bannitus ſecundum iuris communis diſpoſitionem impunè occidi non poteſt*, num. 24.

*Defenſionis facultas nemini eſt deneganda*, 25.

*Defenſio neceſſaria à ſtatuto tolli nõ poteſt*, ibi.

*Defenſio licet permiſſa, & iuris naturalis ſit. Tamen offenſio ordinata ad defenſionem, aliquo in caſſu eſt punibilis*, num. 27.

*Defendere ſe impunè nõ poteſt delinquens quẽ iudex aut miniſtri inſecuntur vt capiãt*, 28

*Etiã ſi in eũ arcabuſiũ exhonerare nitãtur*, ibi.

*Defendere ſe tamen poteſt aut fugiendo, aut abſq; corporali miniſtrorum damno*, ibid.

*Pœnarum inflictio naturalis eſt non minus, ac defenſio*, num. 29.

*Promotor rixæ, etſi ſe defendẽdo occidat promotum, tenetur de homicidio*, n. 30. & 31.

*Ban-*

*Bannita mulier, licitè poteſt agreſſorem volentem eam adulterare, occidere, num.* 33.
*Bannitus pater, an impunè à filio occidatur ſtãte ſtatuto vt poſsit bannitus impunè occidi, num.* 34. *&* *ſeq.*
*Bartolus iuriſprudentiæ oculus eſt; num.* 37.

ANimantibus omnibus, durationem incolumemq; vitã, natura dictãte, ſumopere placere compertum eſt. Et quanto plus huiuſce rei cognitionem habent, tanto amplius illius conſeruationem magni pendũt. Quid
1 † mirum cum bonorum omnium temporalium, primum, maximùmq; ſit vita, vt aiebat Dominicus Soto, *tract. de iuſt. & iur. lib.* 5. *in probem. ad finem.* At cum hominibus inuitis frequenter iniuriæ fiant; contra inferentium petulentias, defenſionem ad eas euadendas, vim paſsis natura conceſsit. Igitur defenſionem omnibus competere fatendum eſt, foreſq; illius, tam rationalibus, quã brutis adapertas eſſe, recta ratione credem⁹, eo † quod
2 vita nobis cum cæteris animantibus cõmunis ſit, Domin. Soto, *d. lib.* 1. *q.* 1. *art.* 1. Brutis ſiquidem defenſionem à natura competere, ex-

experimēto docemur; de quibus Marc.Tul. Cicero.loquens,*lib.1.de officijs*,hæc protulit. Principio omni generi animalium eſt a natura tributum, vt ſe, vitam, corpuſq; tueantur,declinentq; ea quæ nocitura videantur, omniaq; quæ ſunt ad vitam neceſſaria,inquirant,& parent,vt paſtum, vt latibula, vt alia eiuſdem generis,Refert Anton. Fauer, *in iuriſpruden.papin.titul.2.princ.*4. Minſinger. *in prin. inſtitu. de iure naturali numer.*2. Si vitæ charitas tanto affatu à brutis ſuſcipitur;quanto potiori ab hominibus? Ita certè quò ſtimabilior præcioſiorq; eſt hæc, illorum vita.

Illud enim † potiſsimum defenſionis priuilegium, vt nulli denegetur, *l. vnius* 18. §. *cognitorum*, *ff.de quæſtio*, *l. defenſionis* 7. vbi Bart.*C.de iure Fiſci, lib.*10. *cap. cum inter extra de exceptio.* Ramirez *tract. de lege Regia*, §. 20. *num.* 84. *ad finem*, *&* *num.*85. *verſic. ſi ergo*: Nedum Clerico; verum nec Monacho(diuerſus tamen defenſionis vſſus Clericorum, ac laycorum, *vt infra lib.3.quæſt.2.*) bannito,excommunicato ve, etiam in iuditiali, *cap. cum inter* 5. *extra de exceptio.* vbi 3

Abbas

Abbas Panormitan. Oſuald. ad Donel. *libr. 22. coment. cap. 1. lit. E.* ex Andre. Gail. *de pace public. lib. 2. cap. 12. numer. 19. & ſequen.* idem Oſual. *lib. 28. comen. c. 6. lit. H.* & ex Iacob. de Aren. Bar. *in l. cum mulier nu. 4. ff. ſoluto matrim.* Alderan. Maſcard. *de ſtatutorum interprat. concluſ. 1. num. 210. in fine, & 215.*

4 Quin † immo, & diabolo competit, Cardin. Tuſchus, *pract. concluſ. lit. D. concluſ. 129. nu. 23.* Et etiam, ſi litigaret, haud defenſio ei eſſet deneganda, Vantius *de nullit. ex defectu citatio. num. 3.* ex Rota *deciſ. 364. cum iura, & 201. licet in cauſa, in no.* Vueſembec. *conſ. 43. num. 177.* Oſual. ad Donel. *d. lib. 22. c. 1. lit. E. verſic. immo,* Abbas *in c. cum contingat, n. 27.*

5 *de foro compet.* Vis † enim priuata, cuiq; ad defenſionem competit, Donel. Enucleatus, *lib. 17. comen. c. 2. lit. C.* dixi in ſcholijs ad Comandam, *clauſ. 25. num. 18.* Carolus de Graſſis, *tract. de effectibus Cleric. effect. 9. num. 240.* & contra quemlibet, Io. Bolognetus, *in l. vt vim nu. 20. & 21. ff. de iuſt. & iure*; vt layco contra Eccleſiaſticum, abſq; eo quod incurrat irregularitatem, nec incidat in can. ſi quis ſuadente diabolo, *vt infra hoc lib. q. 4.* Maſcardus,

cardus, *vbi ſupr. prox. num.* 215. Contra Epiſcopum, Archiepiſcopum, Cardinalem, Imperatorem, & Pontificem; intelligas vt Tuſch. *pract. concluſ. lit. D. concluſ.* 131. *in prin.* ( De Pontifice & Imperatore, *infr. prox.* & *lib.* 4. *q.* 1. & 4.) Seruo cõtra dominum; vaſſallo etiam contra dominum ſuum; diſcipulo contra magiſtrum; vxori contra maritum, ſi quid quam à iure non permiſſum, vel vltra iuris debitum facere atentet, Alderan. Maſcardus *de ſtat. interprat. concluſ.* 1. *nu.* 210. Nec † minus contra Prælatum Abbatem ve, ſi contra 6
ſubditum aut Monachum, quidquam ad offitium ſuum iure vel conſtitutione modificatum non pertinens, attentare inſtet. Multò plus in his quæ mora admiſſa periculum ingerunt: vt potè, ſi à ſuperiore ſubditus inuaſus, vt ſubitò occideretur. Contra patrem quoque aliquid in filium agentem (etiam patris poteſtati ſubiectum) ſi ſibi ex patriæ poteſtatis iure conceſſa, excedit: Maximè hoc, ſi contra filiũ egerit emancipatum; hæc ſunt Silueſtri, *in ſum. verbo bellum* 2. *num.* 7. Leonard. Leſius *de iuſt.* & *iur. lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 8. *nu.* 14. *in fine.* † Similiter contra iudicem vel ma- 7

giſtratum defenſio competit, & vim vi repellere poſſumus, Iul. Clar. *in pract.crim.§. homicidium num.* 33. *verſ. in inferioribus*, ex Riminaldo *conſ.* 44. Tuſchus *pract. concluſ. lit.D.concluſ.*131.*nu.*2. Silueſter *d. verbo bellum num.*7.

Contrarium tenet Acurſ.*in d.l.vt vim, ff. de iuſt. & iur.* vbi vim vel iniuriam à magiſtratu illatam, patiendam aſſerit. Sed hoc intelligi poteſt, quando ſubditus poſitus non eſt in diſcrimine vitæ; illud verò, quando mortis periculum inminet. Vel aliàs. Aut vim mihi infert vt iudex, aut vt priuata perſona: Hoc caſu, credo cuilibet defenſionẽ cõceſſam eſſe, ſicut contra quemlibet priuatum inuaſſorem, Iul. Clarus, *in pract. crim. quæſt.* 29.*num.*2.*verſ.aut procedit*: At verò quando vt iudex vim facit; tunc licet regula ſit, quod
8 † officiali iniuſtè, & de facto aliquid facienti, de facto poſsit ei reſiſti (maxime ſi extra ſuum officium, quia tunc priuata reputatur perſona) Ioan. Platea *in l. prohibitum num.*4. *C.de iure* Fiſci, *lib.* 10. *& in l.deuotum nu.*2. *C.de metatis lib.*12. Decius, *in d.l.vt vim.nu.* 24. Plaça *de delictis, lib.*1, *c.*28. *num.*9. Quam

eſſe

eſſe frequentiorem Doctorum ſententiã, aſſerit. Tamen adhuc diſtinguendum arbitror: aut damnum inferendum eſt irreparabile, vt ſi me torquere, percutere, maxillatam ve inferre, aut aliàs iudex atentet: Tunc, impunè reſiſti poteſt, Iacobus Menochius, *de recup. poſſeſ. remed. 1. num.* 282. Si verò eſt reparabile, tunc non licet reſiſtere per viam facti, ſed per viam iuris, Decius *vbi proxime nu.* 24. *&* 25. Platea *dictis proximè locis*, Iul. Clar. *d. q.* 29. *num.* 2. Videndus etiam Abbas, *in cap. ſi quando de offic. iud. delegati*, Peguera, *deciſ. crim.* 78. *num.* 23. *par.* 1. notat Oſual. ad Donel. *lib.* 17. *comen. c.* 2. *lit. D. in fine.* Quæ † di-
9 ſtinctio & in hoc Regno procedit. Quando enim factum iudicis, cui reſiſtitur, per iuris remedium reparari poteſt; tunc nullatenus iudici reſiſtere fas erit. Ita fuiſſe pronuntiatum in Regia Audien. criminali, *in proceſſu euocationis perhorreſcientiæ*, Emanuelis Tarabuſte, *die.* 31. *Martij* 1588. actuario Ioanne Eſcartin., & antea in Curia Domini Iuſtitiæ Aragonum, *in proceſſu procuratoris fiſcalis, & Ioannis de Nogueras portarij Communitatis Darocæ*, contra Nicolaum Roio, & alios, 19.

*Octobris* 1554. Refert Portol, ad Molin. *in verbo reſiſtentia num* 41.

10 Sed hæc regula † limitationẽ recipit, quã do factum iudicis, vel grauamẽ inferendum notoriè iniuſtum eſt; tunc enim, etſi per iuris remedium reparari poſsit, impunè tamen ei reſiſtitur, Decius *in d.l. vt vim num.26.* Nam (vt aſſerit) cum notoria iniuſticia adeſt, rece ditur à regulis iuris communis.

11 Et hinc in hoc Regno † receptũ eſt, quod officiali volenti delinquẽtem à domibus infantionis extrahere, in caſibus à foro non cõ ceſsis, poteſt ei armis reſiſti, *obſ. fin. tit. de ſacroſanctis Eccleſijs*, Molin. *verbo reſiſtentia, fol.287. col.2. in fine*, vbi Portoles *num.35 & verbo infantio, verſ. & circa prædicta, fol.173*
12 *col.3.* vbi Portoles *nu.17.* † Libertates enim & priuilegia, defendenda ſunt, non ſolum contra officiales eis reſiſtendo, vt Molin. *verbo libertates, fol.207. col.4.* vbi Portoles, & verbo *reſiſtentia n.36.* Sed contra Principem etiam defendi poſſunt, *Bal. in cap.2 de pace tenenda inter ſubditos*, Molin. *d. verbo libertates.* Idem erit ſi aliquem pro debito ciuili ab domo eius extrahere tẽtet in caſibus prohibitis (de

(de quibus in ſcholijs ad Comādā dixi, *clauſ. 30. n. 43. & ſeq.*) Nam tūc officiali reſiſti poteſt, Portoles, *d. verb. reſiſtentia n. 45. vbi n. 46* proſequitur in officiali firmam non obtemperanti procedere: huic † enim armis reſiſti poteſt, ſi firmam in caſſu quo arctat non obtēperet, idem Portoles verbo *firma, n. 105* iuri quidem conſonū, ex Decio *in d. l. vt vim n. 27.* refert idem Portoles, *d. verbo reſiſtentia poſt n. 46.* Vbi iudici aliquid exequi volenti, appellatione interpoſita non obſtante, violēter reſiſti poteſt; cum ob vim inhibitionis à iure interpoſitæ, iudex vt priuatus cēſeatur. Idē ergo in caſſu firmæ arctanctis præſentationis, Portoles *d. verbo firma, poſt n. 106.* 13

Sed quo † exhibimus redeuntes, generaliter omnibus competit defenſio, contra ſuperiorem quemlibet iniuſtè vim inferentē, Silueſter, *in d. § bellum 2. n. 7.* per tex. *in l. prohibitum 9. C. de iure Fiſci.* Adeò quidem verum eſt, vt etiam Pontifici manifeſtam violentiā, & iniuſtam vim inferenti, reſiſti poſsit per modum defenſionis intra terminos inculpatæ tutelæ, ita ex P. Suar. *in defenſione fidei lib. 9. c. 6. n. 17.* Ramirez *tract. de leg. Regia, § 20. num.* 14

15 *num.* 84. *in fine.* An autem † Papam vel Imperatorem licitè occidere quis poſsit pro vitæ propriæ defenſione ſi fuerit inuaſus; non eſt facile decidere. Et ſi enim Plaça *de delictis, lib.* 1. *cap.* 28. *poſt num.* 7. *verſ.* 3. afirmatiuè teneat hoc eſſe conſtitutiſsimũ inter vtriuſque claſis literatos. Accedat Alexan. Trentacinq; *pract. reſolutio. lib.* 1. *reſolutio.* 1. *de defenſione num.* 5. *in fine.* Iulius tamen Clarus (qui illum refert,) *in* §. *homicidium num.* 23. putat intelligendum cum grano ſalis; hoc eſt, ſi Papa vel Imperator contra omne ius, aliquem offendere tentent, neq; iſte alio modo ab imminẽti morte ſe ſaluare poſsit, neq; etiam fugiendo. Et adhuc (ait) ſi caſus contingeret in practica, neſcio an poſsit obtineri hæc opinio; de hoc latiùs, *infra lib.* 4. *q.* 1. *& d. lib.* 4. *q.* 4.

16 Illud etiam † memoriæ dignum, quod reſiſtendi ius ſupradictis competens, nempe filijs, ſeruis, Monachis, &c. Debet eſſe moderatum & per modum defenſionis, nõ autem offenſionis conſiderabilis, ſi hoc præciſsè nõ expetat neceſsitas; vel niſi in tali eſſent vitæ diſcrimine conſtituti, quod aliàs dificilè eſſet

ſet ſaluos euadere poſſe. Tunc enim non dubito quin impunè poſsint, parentes, dominos, ſuperiores ve occidere. Sed ne ad hunc caſum perueniant, modis omnibus præcauendum, & pro viribus occurrendum conuenit. Fugere enim ſi quoquomodo poſſunt, priùs tenentur: cùm contra perſonas quibus reuerentiam debemus, illicita nobis ſit defenſio cum illorum offenſione, ſi aliàs periculum ſubuertere valemus. Igitur hoc caſu fuga eſt præciſſa, eiq; cunctis viribus inſiſtendum Ioan. Bolognet. *in d. l. vt vim num. 93.* ex Baiardo ad Clarum, *in §. homicidium n. 94.* aliter à nece inmunes non eſſe credo.

Quid ſi † pater, dominus, aut magiſter, nõ 17
occidere; ſed mutilare, ferire, aut flagellare filios, ſeruos, mercenarios, ac diſcipulos atentent; an iure his defenſio competat? Priùs videndum eſt an illis hoc facere liceat. Patri igitur, domino, vel magiſtro, haud licet filios, ſeruos, mercenarios, diſcipulos ve, nedũ mutilare aut vulnerare; verùm nec eos acriter, atrociterq; flagellis petere. Quod, quia de hoc doctè Pater Soto; ideo lectorem ad illum remitimus. *lib. 5. de iuſt. & iure q. 2. art. 3*

acce-

accedat Panormit. *in cap. cum contingat n.* 20. *extra de foro compet.* videndus Silueſter *in ſu ma verbo vxor num.* 3. nec omittendus Molinus noſter, *verbo famulus in fine, & ibi Portoles num.* 41. vbi ex cauſa poteſt dominus famulum in domo ſua caſtigare. Notãdus Bar. *in d.l. vt vim num.* 4. vbi, nec filio contra patrem, nec ſeruo contra dominum licita eſt defenſio, quando ab eis licitè verberantur & percutiuntur. Ergo ſi prædicti pater, dominus, aut magiſter, ſubditos ſibi, vulnerare, mutilare, aut acriter atrociterq; cædere atentent, caſibuſq; prohibitis vſuri inſtent; cum vim iniuſtam inferant, & illicitè inuadant: non dubito quin reſiſti intra terminos inculpatæ tutelæ, à filijs, ſeruis, famulis, ac diſcipulis, poſsint.

18 De vxore † erga maritum, quid dicẽdum? Intret Silueſter, *d. verbo vxor num.* 3. cum Panormit. *in d. cap. cum contingat*, aſſerens, maritum nõ habere in vxore poteſtatem ordinariam, nec eam ſub poteſtate, ſicut pater filiũ. Ego tamen credere poſſem, vxores ſub virorum poteſtate eſſe, eiq; ſubiectas iuxta illud Apoſtoli, 5. *ad Epheſios, mulieres* (aſſerit) *viris*

*viris ſuis ſubditæ ſint ſicut Domino, quoniam vir, caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ: Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus.* Petrus Apoſtolus *Epiſt. 2. cap. 3. Similiter & mulieres* (ait) *ſubditæ ſint viris ſuis.* Geneſ. *cap. 3. verſ. 16. ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tibi.* Loquatur nunc Ioannes Ludouicus Viues *de inſtitutione fœminæ Chriſtianæ lib. 2. c. 3.* In quibus verbis (inquit) illud eſt animaduerſione dignum, quod nõ ſolũ viro ius, & dominiũ traditur in fœminam, ſed vſus quoq; poſſeſsionis, Apoſtolus Paulus, magiſter Chriſtianæ, hoc eſt diuinæ Sapientiæ, mulierem dominari viro non permitit, ſed ſubditam illi eſſe: Idque non vno in loco. Petri Apoſtolorũ Principis hoc eſt edictum: Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, ſicut & ſanctæ mulieres ſperantes in Domino. Sic Sarra obediebat Abrahę, Dominum eum vocans. Hieronymus ad hunc modum Cælantiæ præcipit: Seruetur in primis virò auctoritas ſua, totaq; à te diſcat domus, quantum illi honoris debeat. Tu illum Dominum obſequio tuo, tu magnum illũ tua humili-

militate demonſtra: tanto ipſa honoratior futura, quantum illum amplius honoraueris. Caput enim (vt ait Apoſtolus) mulieris eſt vir. Nec aliunde magis reliquum corpus ornatur, quam ex capitis dignitate. Hæc ille. Proſequitur poſtea mirificè *à fol.* 182. vxorum obligationem viris ſuis obtemperandi, & in quibus: quod certè, vnà cum omni volumine, memoriæ tenendum eſſet, vt coniugum incolumem vitæ Societatem, prout in ſpeculo conſpicerent.

19 Sed † nec hæc mouent me, quin credam, viros non abſolutam, ſed æconomicam in vxores poteſtatem habere in iuſtis, & ad vitæ gubernationem pertinentibus, videndus omninò Andreas Tiraquel. *ad leges connubial. l. 8. gloſ. 1 p. 8. num. 8 & 9. cum ſeq.* Hoc ſignificare videntur verba Apoſtoli *ad Coloſ. c. 3. & ad Epheſ. c. 5. Mulieres* (ait) *ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet in Domino.* Et iterum, *mulieres viris ſuis ſubditæ ſint ſicut Domino.* Diuina enim præcepta, iuſta ſemper præcipiunt, D. Ambroſ. *lib. 5. Hexameron cap. 7. Non es* (inquit) *Dominus, ſed maritus: non ancillam ſortitus es, ſed vxorem: gubernatorem te Deus*

vo-

*voluit eſſe ſexus inferioris, non præpotentem.*

Igitur † maritus vxorem mutilare, ferire, 20
atrociterq; verberare non poteſt, Soto *vbi ſupra d. q. 2. art. 2. verſ. de marito*, Panormit. *in d. cap. cum contingat num. 20. verſ. idem de marito, ex gloſ. in can. ſicut alterius 7. q. 1.* Siluester *vbi prox.* non tamen eſſe negandum marito, ius vxorem verberandi, moderatè tamẽ & magna exiſtente cauſa, aſſerunt, Abbas & Silueſter *proxime citatis locis*, vbi & an maritus eam includendi & ligandi poteſtatem habeat. Quotieſcunq; ergo maritus vxorem caſibus prohibitis offendat; quid ni iuſtiſsimè defenſionẽ ſuſcipiet? Nõ enim ius offendendi, ſed corrigendi, aut moderatè caſtigandi competit viris. Proſequitur Soto *vbi prox.*
Verum † huiuſmodi (inquit) vti iure, dede- 21
cus & nefas eſt, niſi grauiſsima ingruente neceſsitate. Sũt enim Barbari, qui vxoribus vt mancipijs vtantur, *vt 1. politic.* Auctor eſt Ariſtoteles. Cũ enim duo ſint in carne vna, æqualitate quadam decet eſſe complexos, videndus omninò Andreas Tiraquel. doctiſsimè rem peragens *ad leges connubial. l. 8 gloſ. 1 p. 8. num. 10. & ſeq.* Conſulat eos Paulus ad

Coloſenſ. c. 3. *Viri diligite vxores: & nolite amari eſſe ad illas.* Audiant inquā Apoſtolū *ad Epheſ. c. 5.* Viri (inquit) debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua. Qui ſuam vxorē diligit, ſe ipſum diligit. Nemo enim vnquam carnem ſuā odio habuit: Sed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſsibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuā, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia. Veruntamen & vos ſinguli; vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſe ipſum diligat, vxor autem timeat virum ſuum. Hæc Apoſtolus.

Sed inceptum iter proſequentes; etſi ſupra
22 dicta noſtra † generalis concluſio, ſic prolata ſit vt omnibus defenſio, & ius reſiſtendi liceat: generaliter tamen limitatur. Si enim priuata perſona, iuſtè vim inferat; ceſat quidem defenſionis permiſio, *gloſſa in d. l. vt vim, 3. ff. de iuſt. & iure*, Silueſter *in ſumma d. verbo bellum 2. num. 7.* Bart. *in d. l. vt vim, num. 3. & 4.*

Li-

Limitatur † etiam noſtra concluſio in Ban- 23
nito qui ex forma ſtatuti poteſt offendi. Huic enim defenſio aufertur. Et ſi ſe defendendo aliquem occidat, inmunis non erit: immo puniendus & iterum ex banniendus, ſic Bar. *in dict. l. vt vim num.*4.*ff.de iuſt.& iure.*

Punctus tamen hic, ampliori eget declaratione. Premito † ergo, quod ſecundum iu- 24
ris communis diſpoſitionem, bannitus non poteſt impunè occidi, ita ſirmat Iul. Clarus, *in §.homicidium nu.* 43. Habet (inquit) hæc concluſio maximam æquitatem, ne homines ea ex cauſa inter ſe ipſos ſæuiant. Sed quod ſtatuto permitente, bannitus poſsit impunè occidi, & valeat ſtatutum, tenet Bart. *in l. omnes numer.* 4. *C. ſi contra ius*, aliquos tradit communem opinionem referens, Iul. Clarus, *vbi proxime poſt num.* 43. Nunc ergo ad punctum: An hoc † caſſu bannitus iure ſe
defendere poſsit? Etſi enim Bart. vbi proxi- 25
me id neget, cum aſſerat eſſe puniendum ſi ſe defendēdo aliquē occidat. Tamen affirmatiua ſentētia, viribus haud deſtituta videtur. Defenſio enim naturalis eſt. Facultas ergo ſe defen-

defendendi, nemini deneganda, *d. l. falcultas* vbi Bart. *num.* 1. *C. de iure Fiſci*, nec bannito auferenda, ita ex Iacobo de Aren. idem Bart. *in l. cum mulier num.* 4. *ff. ſoluto matrim.* Nec ſtatutum quo diſponitur, alicui ſe defendere non licere, viribus ſubſiſtet; quia defenſio à iure naturali obuenit, ita Bar. *in d. l. facultas num.* 2. Et in ſtatuto diſponente bannitum ſe defendere non poſſe, inquit Bartolus, *in d. l. cum mulier num.* 6. *certè non valet: quia leges debent eſſe iuſtæ, & defenſio eſt iuris naturalis, quòd non poteſt tolli.* Defenſionem enim neceſſariam, à ſtatuto tolli non poſſe, videtur Bartulo *vbi proxime.* Ergo cum ob vitæ conſeruationem neceſſaria defenſio; bannitum ea vti poſſe, iuſtum eſſe quoq; videtur.

Nec hæc mihi animum mouent, quin ſu-
26 pra adducta † Bartoli ſentētia veriſsima mihi videatur: quare vnica concluſione ad ſeuero; bannitum (quem ex diſpoſitione ſtatuti, quilibet impunè offendere poteſt) ſi ſe defendendo occidat aliquem, puniendum eſſe pœna conmenſurata delicto: adſiſtat Ioan. Bolognet. *in d. l. vt vim ff. de iuſt. & iur. nu.* 15. *cum ſeq.* reprehendens eos qui diſtinctionem

nem à Baiardo relatam adferunt, *in* §. *homicidium num.* 283. accedat communem profe-rens opinionem Iul. Clar. *d.* §. *homicidium n.* 62. Licet illi hæc opinio videatur dura: ob quod ſe non punire bannitum illum ſaltim pœna mortis, aſſerit. Cuius miſericordiam in hac parte laudo.

Hancq; ſententiam deinceps proſequendo, non obſtat quod defenſio quia iuris naturalis, nequeat renuntiari. Nam vltra quod de hoc latius infra; nũc reſpõdeo, quod † et- 27
ſi defenſio ſit à iure naturali prouenîens & tolli nequeat, offenſio tamen ordinata ad defenſionem, quæ ab omni iure in caſſu iuſto aprobata & impunibilis erat; nunc eſt prohibita & punienda. Defenſio enim etiam alterius nece, tunc permiſſa, quãdo iuſtus caſſus defenſionis adeſt. At verò quando iuſtè offenſio infertur; tunc cum defenſio cum alterius damno non ſit iuſta, ſi fiat, punienda proculdubio erit. Non minus ac ſi quando iudex criminalem ſententiam exequi iubet, condemnatus vt ſe liberet, executorem occidat: quis tunc dubitabit defenſionem illam à condemnato factam, improbatam ac iniu-

ſtam

ſtam eſſe? Immo rigore nimio puniendum, de hoc aliqua *infr. q. 9.* Martinus Nauarro *in 2. p. decret. cap. 15. de quinto præcepto decalogi num.* 8. Vbi etiam peccare illum interfectorem tenet. Idem de † latrone, aut alio malefactore, quem iudex vt capiat inſequitur, etiam cum illa voce, *ò muerto, ò preſo*: Nec
28 offendendo ſe defendere poteſt à miniſtris eum perſequentibus, etiam in eum exhonerare arcabuſium nitentibus, niſi reus criminis exiſtat. Indulgetur enim naturali defenſioni in hac parte, vt reus fugere poſsit, aut aliàs ſine corporali alterius damno ſe defendat; non autem vſq; ad reſiſtentiam vel impugnationem extenditur, niſi reſiſtens mortaliter peccet, & ſimiliter auxiliantes, Silueſter *in ſuma verbo fugere nu. 2. in fine.*

29 Etſi enim † defenſio naturalis ſit; pœnarũ tamen inflictio cõtra facinoroſos homines, non minus naturalis eſt, & diuina, Vueſembec. *in paratil: tit. de iuſt. & iure num. 15. in fine.* Et alioqui (ait) lex diuina & naturæ, ſontes naturas vult deſtrui, vt inſontes conſeruẽtur. Pater Dominicus Soto, *d. lib. 5. de iuſt. & iure q. 1. artic. 2. circa medium*: Tam naturale

rale eſt (inquit) vt nocentes homines, & in rempublicam peſtilentes reſcindantur, quam quod non occidantur innocentes. Igitur cum hæ duæ leges naturales vigeant, illa defenſionis lex quæ ad particularem comodum reſpicit, cædere debet huic, quæ ad hominum conſeruationem, & ad vniuerſalem omnium tranquilitatem ſpectat.

Et hinc credo quod *l* promotor vel qui 30
aliquem inuadit, ſi dum ab altero reſiſtitus eſt, eum interfecerit, tenetur de homicidio, & ad mortem eſſet condemnandus, *l. quoniã multa facinora 6. C. ad leg. Iul. de vi publica*, ita receptum eſſe ait Roland. a Valle, *conſ. 63. n. 3. vol. 2.* Card. Tuſc. *pract. conc. lit. D. conſ. 129. n. 9.* tradit Iul. Clar. *d. §. homicidium n. 29. in fin.* (Licet apud nos hodie non ſeruari teneat, conſonat Oſaſc. *deciſ. Peda. 104. n. 4.* qui pœnã extraordinariã tradit, reo dandam eſſe) nã & ſi poſſet interfector dicere, illud ad ſuã naturalem defenſionem feciſſe ne occideretur, nihil obſtat: Siquidem cum ipſe inuaſor fuiſſet, alius, iuſtè ſe deffendẽdo offendebat: cõtra quã offenſionẽ, agreſor ſe deffendẽdo, iuſtè offendere nõ poterat; ſed liberum erat

fugere, aut aliàs abſque alterius offenſione ſe
31 deffendere, cũ inuaſor extitiſſet. Quod † hic deffenſionis priuilegio nõ gaudeat, teſtificetur Baiard. ad Clar. *in d. §. fin. num.* 78. Adde (inquit) quod ille, qui primò prouocaſſet ad verba iniurioſſa, licet poſtea rixando poneretur in diſcrimine vitæ, ſi interficeret, non gauderet priuilegio neceſſariæ deffenſionis; quia ipſe cauſa fuit mali, & poſſuit ſemetipſum in neceſsitate, & per præſumptionem iuris non videtur interficere ad ſui neceſſariam deffenſionem, *l. quoniam multa facinora, C. ad leg. Iuli. de vi*, & Bald. *in conſ.* 143. *num.* 1. *vol.* 1. & Bolognet. *in l. vt vim nu* 94. *&* 95. *circa fin. ff. de iuſt. & iur.* accedat Tuſc. *pract. conſ. lit. D. conſ.* 129. *num.* 10.

Ergo bannitus ſe deffendẽdo, agreſorem impunè offendere non poterit: quia huius
32 inuaſio legitima eſt; & quando vis † iuſtè infertur (etiam à priuato, *vt diximus*) ceſat deffenſionis permiſio, *gloſ. in d. l. vt vim*, vbi etiam Bart. *num.* 3. *&* 4. ibi: *Nam vbi eſt iuſta offenſio, ibi reprobata eſt deffenſio*, P. Soto *de iuſt. & iur. lib.* 5. *q.* 1. *art.* 7. *prope fin.* Si ergo (ait) ille iuſtè contra me pugnat, nõ poſſum ego

ego iuſtè; me deffendere Nauar. *d. cap. 15. n. 8.* in terminis banniti, Layman *tract. theol. mor. lib. 3. de iuſt. & iure ſect. 5. tract. 3. p. 3. cap. 2. num.* 3. ex Azor *tom. 3. lib. 2. cap. 1. quæſt. 11.* & alijs, vide ſupr. *verſ. nec hæc mihi.* Ex quo à contrario ſenſu deſumitur mulierẽ † ban- 33
nitam, licitè poſſe agreſorem volentem eam adulterare, offendere, & vim vi repellere: Nam & ſi ex vi ſtatuti, cuilibet licitum ſit mulierem bannitam offendere, non tamen poterit eam impunè adulterare Bald. *in l. fin. poſt nu. 4. C. ſi aduerſus ius*, ita ex *tex. in auth. de lenonibus*, §. 1. tenet Baiardus *vbi ſupr. nu.* 225. & ampliat, etiam ſi maritus eſſet bannitus, Gigas *de penſio. q. 18. num. 2.* referens Decium *in cap. quæ in Eccleſiarum n. 15. de conſtit.* aſſerentem, Baldi opinionem communiter aprobatam eſſe: licet contrarium (fœditer tamen & minus Chriſtianè) teneat Nellus *de bannitis in 2. part. 2. temporis q. 46.* diſplicet Iulio Claro, *in d. §. homicidium num. 46.* vbi facimus hoc commitentem, (aſſerit) nõ eſſe impunitum relinquendum.

Adijciamus etiam alium caſſum, & ſic regula noſtra firma maneat, quod vbi iuſta eſt

34 offenſio, ibi reprobata eſt defenſio. Pater † bannitus, an à filio poſsit impunè occidi ſtãte dicto ſtatuto? Quod poſsit, tenet Bar. *in l. adulterium, §. liberto, ff. ad leg. Jul. de adulter.* quia ſic fuiſſe reſpõſum à quodam Colegio, Tuderti, conſultato. Et ſimiliter pronuntiatum eſſe per Colegium Peruſinum, refert Angel. *de maleficijs verbo, & ex interualo nu.* 18. communem hanc eſſe opinionem ex Marſil. & alijs, refert Clarus, *in d. §. homicidium n.* 4. quia cum bannitus, huius ſtatuti virtute, patriæ hoſtis cenſeatur effectus, poteſt à filio occidi; fundantur *in l. minimè* 35. *ff. de religioſ. & ſumpti. funerum.*

35 Contrariam ſequitur † & defendit ex Dino & alijs, Iacobus Menoch. *de arbitr. iud. quæſt.* 90. *numer.* 43. veriorem & tutiorem tenet, contrariaque diluit. Cæpola & ab eo relati *conſil. crimin.* 5. *numer.* 26. hanc opinionem ſecutam eſſe ab Alber. de Roſa. tradit Auguſtin. Ariminenſ. *in notis ad Angelum de maleficijs vbi ſupr. poſt num.* 18. Adiubent tradita à Tiraquel. *de pœnis temperandis cauſa* 20. *numer.* 6. Foller. *in pract. cenſu. verſ. Nicolaus Epiſcopus nu.* 148. *cum ſeq.*

*ſeq.* relatus à Baiardo *vbi ſupra numer.* 228. Notemus nunc verba textus, *in dict. l. minime. Quod ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet ſine ſcelere, etiam præmio afficiendum omnes conſtituerunt.* Tunc locum ſibi vindicabit textus ille, quando pater hoſtis, ac patriæ impugnator, arma in eam inferens, factus eſt. Tunc enim eam & ſe filius defendendo, non ſolum iuſtè patrem occidit (quia *ſine ſcelere*) verum etiam *præmio afficiendum omnes conſtituerunt.* Iuſtè quidem: cum affectum paternum publicæ vtilitati poſtpoſuit. Neceſſarium enim eſt (vt patris necis filio non imputetur) illam defenſionem interueniſſe; Acurſ. *ad dict. l. minime* verbo, *ſine ſcelere*, ait, *ſe defendendo*; *aliàs teneretur lege Pompeia de parricidijs*; Foller. *in pract. vbi ſupra* per Baiardum *dict. numer.* 228.

Quid facit † quod virtute talis ſtatuti, pater hoſtis patriæ cenſeatur, & pro tali habitus? Nihil certè. Haud animum mouent vt filio impunita eſſe debeat patris necis: nã vt Clarus *vbi proximè*; id enim (ait) eſt propter fictionem, quæ in re tam enormi non debet 36

veri-

veritatem patriæ poteſtatis adumbrare. Licet enim pater ſit bannitus, non tamen deſinit eſſe pater, neq; iura naturalia amitit: propterea ego (ita clarus) tali filio patrem occidenti, cenſerem caput amputandum. Tranſgrederetur enim hoc caſſu naturæ limites. Magnum quidem ſcelus patraretur; ita vt nec filij nomen mereri poſſet: quin immo de legitimo huius, valdè dubitandum eſſet, ni vxoris reſponderet honor.

Nonne ex dictis, Tuderti & Peruſini Collegiorũ conſilia ſupra relata impugnari poſſunt? Quid ni. Maxime † cum Bartolus iuris
37 noſtræ prudentiæ oculus, *in d. l. minime*, nullam legem illorum opinioni aſiſtentem inueniat. Siquidem aſſerit, *quod filius poſsit impunè patrem occidere, neſcio per quæ iura.* Igitur pater bannitus iuſtè ſe defendere poteſt contra filium inuadentem, etiam impunè eum interficiendo. Suficiant hæc, noſtræ ſupradictæ regulæ; cum ad harum inſtar, cæteræ quoq; limitationes intelligi valeant.

Quæſi-

# Quæſitum II.

*Defendere ſe, quo caſſu licitè poſsint & contra quos Bellum infertur.*

## RECOPILLATIO.

*Bella iuſta quæ ſint, & quæ requiſitis indigeant, num. 1.*

*Belli gerendi auctoritas in ſupremo Principe tantum reſidet, & in Republica ſuperiorem non recognoſcente, ibidem, & num. 2.*

*Hij ſiquidem ſibi ipſi, hoc caſſu, ius dicere poſſunt, num. 3.*

*Rex noſter qui nullum recognoſcit ſuperiorem, & Princeps ſupremus eſt, hoc iure vtitur, num. 4.*

*Rex Franciæ cum recognoſcat alium in ſuperiorem hac facultate vti non poteſt de iure, licet de facto vtatur, num. 5. & ſeq.*

*Reſpublica ſuperiorem non recognoſcens, cum ſupremi Principis locum obtineat, bella indicere poteſt, num. 6.*

*In Aragonia eſt caſſus in quo abſq; Principis licen-*

licentia, Regnum poteſt arma ſumere, n. 7.
Bellum iuſtum vt ſit, ſufficiens & legitima cauſa adeſſe debet, num. 8.
Quæ ſint iuſtæ cauſæ, num. 9.
Bellum quotieſcunq; à Principe geritur pro Chriſtianæ Religionis defenſione abſolutè, credat ſe victoriã reportaturũ, n. 10. & 11
Milites quo animo pugnare debeant, num. 12.
Bella, quæ incomoditates adferant, num. 13.
Bella excuſare ſapientis eſt, etiam ſi magnæ adſint bella gerendi cauſæ, num. 14.
Marciani Imperatoris pigritia in mouendo bello, ibid.
Bella plura ſunt iuſta, ſed non omnia omnino neceſſaria, num. 15.
Bella facile ſuſcipiuntur ſed ægerrime deſinunt, ibid.
Reſpublicæ beatæ ſunt, quæ longo tempore in pace viuunt, ibid.
Bellum vt iuſtum ſit, neceſſe eſt etiam vt finis ſit rectus, & belli intentio æqua, num. 16.
Belli iuſta cauſa eſt, ſi Princeps debellet vt ex bello pax populi quæratur, num. 17.
Bellum quando exercetur, requiritur quoq; vt æquo modo fiat, ac eo minori damno quo fieri

ri poſſit, abſq; innocentium præiudicio, n. 18.
In bello, vti inſidijs licet, ibid.
Differentia quando bellum eſt iniuſtum ex defectu primi vel ſecundi requiſiti cõmuniter traditi; an verò, ex aliorum defectu, n. 19.
Ij contra quos bellum iuſtè infertur, iniuſtè ſe defendunt: & niſi ſuficientem offerant ſatisfactionem, cædum & damnorum omnium rei iudicabuntur, num. 20.
Bellum iuſtè inferri non poteſt ſuficientem ſatisfactionem offerentibus, niſi inferens illud illicitè, ac contra charitatem & iuſtitiam decertet, ibid.
Intellige tamen vt, num. 21.
Ratio quare is cui ſuficiens offertur ſatisfactio, eam recipere teneatur, num. 22.
In bello de cuius iuſtitia dubitatur, vel conſtat iniuſtum eſſe; an vaſalli vel milites licitè interueniant, num. 23. & ſeq.
Priceps poteſt vaſallis ſuis præcipuè vt arma ſumant, num. 24.
Vaſallus incertus de belli iuſtitia, tenetur militare, ſi à Principe iuſſum fuerit, num. 25.
Quid in extraneo milite, ibid.
Extende & amplia, num. 26.

*Bellum poteſt eſſe iuſtum formaliter ex vtraq; parte, aut ex altera materialiter & formaliter;ex altera verò formaliter tantum*, 27

*In bello notoriè iniuſto an licitum ſit dimicare, num*.28.

*Diferentia inter extraneum & vaſallum*, 29.

*Vaſallus dimicare coactus in bello notoriè iniuſto quomodo ſe gerere debeat,ibid.*

*Milles extraneus ſponte dimicans in bello notoriè iniuſto,ſe defendere non poteſt, etſi in diſcrimine vitæ poſitus ſit ab aduerſario, abſq; peccato, num*.30.

ADijciamus nunc aliqua de violentijs & agreſſionibus quæ belli occaſione fiunt, vt rectè ſciatur, qui diuino ac humano iure aſiſtente, iuſtè ſe defendant & tueantur, ac per conſequens qui nequam & iniuſtè bella
1 inferant. Bella † igitur vt iuſta ſint, quatuor requiſitis indigent; quos ſigillatim adducemus vt quæſiti reſolutio facilius pateat.

Primum eſt, auctoritas legitima; quæ in ſupremo tantum Principe reſidet, ac in Republica ſuperiorem nō recognoſcente; Diuus Thomas 2.2.*q*.40.*artic*.1.Siluester *in ſuma*

*ma verbo bellum* 1. *num.* 2. ex *can.* 1. 23. *q.* 2. & *can.* 2. *verſ. cum ergo*, Hoſtienſ. *in ſuma tit. de tregua & pace*, Innoc. *in cap. olim el* 1. *de reſtit. ſpoliat.* per Azpelcuetam Nauarro *in rubr. de iuditijs num.* 104. Pater Dominicus Soto, *de iuſt. & iur. lib.* 5. *q.* 3. *art.* 5, *in reſponſ. ad argumen.* R. P. F. Ioannes Marquez, *in ſuo Gubernatore Chriſtiano, lib.* 3. *cap.* 35 §. 3. *verſ. la autoridad.* Antonius Roſcius Perpinianenſis, *lib.* 2. *memorabilium c.* 8. *num.* 47. (vbi cum antecedentibus & ſubſequentibus numeris, memorabilia de bello tradit,) Pater Ludouicus Molina, *tract.* 2. *de iuſt. & iure; diſp.* 100 *n.* 2. & *ſequen.* (rationem adferens) Camil. Borrel. *de Regis Catholici præſtantia c.* 32. *num.* 3. 4. & 98. *cum ſeq.* Abbas Panormit. *in c. ſicut* 3. *de iureiurando à num.* 7. Didacus Couarru. *in regula peccatum p.* 2. §. 9. *nu.* 1. Nam † priuati alij, & etiam ſuperiorem habentes, cui ad iuſtitię conſecutionem recurrere poſſunt; huiuſmodi facultatem non habent, Petra *de poteſt. Principis c.* 13. *num.* 26. Silueſter *vbi proxime*, Pater Molina *d. diſp.* 100. *num.* 2. *tom.* 1. Sicut nec ciuitates ſuperiorem habentes, ſine eius licentia, ita *ex l. hoſtes & l. ſi quis in-* 2

*genuum*, §. *in ciuilibus*, *ff. de captiuis*, & *tit. C. ne vſus armorum inſcio Principe* (niſi pro ſui defenſione vt in quolibet priuato) tenet Angel. Aretin. *in* §. *ius autem gentium inſtit. de iure naturali poſt numer.* 3. *verſic.* & *ex hoc*; aliàs quiſquis contrauenlat, leſæ Maieſtatis crimen incurret, ex I. Conſ. Martiani ſententia, *in l. lex* 3. §. *eadem lege ff. ad leg. Iul. Maieſtatis*, innumeros allegat Camillus Bor
3 rel. *de Regis chat. præſt. c.* 32. *num.* 5. Igitur † Princeps ſuperiorem non recognoſcens, hoc caſſu ſibi ipſi ius dicere poteſt, *ad c. cum veniſſent* 12. *extra de iudicijs vbi gloſa*; bellumq; in aduerſarium mouere, D. Auguſtinus, *lib.* 22. *contra Fauſtum cap.* 71. *Ordo* (inquit) *ille naturalis, mortalium paci acommodatus, hoc expoſcit, vt ſuſcipiendi belli auctoritas atque Conſilium, penes Principem ſit, exequendi autem iuſſa bellica miniſterium milites debeant paci ſalutiſq; communi.* Quæ quidem indicendi belli auctoritas, non ſolum à iure reſidet in Principe vel Imperatore, vt Hoſt. *per can.* 1. 23. *quæſt.* 1. *l. hoſtes* 18. *ff. de verbor. ſignif.* Sed
4 etiã in † Rege Domino noſtro Inuictiſsimo Philipo, ex Couar. *in d. regula peccatum p.* 2. §.

*9. n.*

9. *n.* 219. Camil. Borrel. *vbi prox. n.* 6. qui nullum recognoſcit ſuperiorem, *gloſ. in c. Adrianus* 63. *diſtinct.* Hieronymus de Blancas, *in coment. rerum Aragonenſium, fol.* 355. *in prin.* Camil. Borrel. *dict. tract. c.* 47. *num.* 1. *& ſeq.* vbi multos citat, dixi *in ſcolijs ad Comandam clauſ.* 32. *num.* 45. Et in terris ſuis habet imperatoriam Maieſtatem poteſtatemq; , additio. ad Bart. *in d. l. hoſtes, ff. de captiuis num.* 6. *lit.* C. ex Alexandro, Aretino, & alijs, Hieronymus de Blancas, *vbi prox. dict. fol.* 355. Contrarium in † Rege Franciæ tenet Bartolus, 5
ex quo Imperatorem vt ſuperiorem recognoſcit, eiq; ſubeſt, prout illum refert & tradit Andreas Alciatus, *in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. n.* 35. *& ſeq.* Et quod etiam in tẽporalib⁹ Sũmo ſubſit Põtifici francorũ Rex, diſerit latè Marta, *trac. de iuriſd. p.* 1. *c.* 28. *per totũ.* Vnde (de iure) bellũ abſq; licẽtia mouere nõ poterit, Alciatus *vbi prox. n.* 39. Verũ † cũ 6
de facto ſuperiorẽ nõ recognoſcat Imperatorẽ, vt idẽ Alciatus *n.* 37. (ſic intelligens textũ in *c. per venerabilem, extra qui filij ſint legit*) de facto quoq; propria auctoritate bellũ mouere poterit, vt alij Reges de facto imperio non

non ſubditi, videas P. Ludouicum Molinam *d. tract. 2 diſput.* 100. *à nu.* 9. ¶ Procedit ſimiliter, Rempublicam ſuperiorem non recognoſcentem, bella indicere poſſe: Tunc enim Principis ſupremi locū obtinere Rempublicam, aſſeruit additio ad Bar. *in d. l. hoſtes*
7 *lit. D.* Et † in Aragonia eſt caſſus in quo Regnum id, abſq; Principis licentia, arma ſumere poſsit, immo teneatur: nempe contra extraneos à Regno, huic, vim incurſioneſve facientes; quemadmodum in vim *fori* 2. *tit. de generalibus priuileg. Regni Aragonum*, practicatum fuit (licet malè acceptum,) & pronuntiatum per Curiam Domini Iuſtitiæ Aragonum, ad inſtantiam Diputatorum Regni, *die menſis Octobris anni* 1591. (annus profectò magnarum calamitatum ac laborum) cōtra exercitum ex Caſtella prouenientem, D. Alphonſo de Vargas Duce, vt tradit P. Murillo, *tract.* 2. *ſuæ hiſtoriæ c.* 14. Don Gonçalus de Ceſpedes & Meneſes, *in hiſtor. Apolog.* §. 29. & 30. D. Vincentius Blaſco de Lanuza, *lib.* 2. *hiſtor. Eccleſiaſtic. & ſecular. cap.* 23. D. Michael Martinez del Villar, *tract. de fidelitate Aragonenſ. poſt fol.* 135. D. Franciſcus Gila-

labert, *in ſuis relationibus dicti anni*, Additionator ad Genebrardum *in Chronologia.* Et his temporibus, nempe anno peterito 1643. fuit reſponſum & declaratum à peritiſsimis Curiæ Domini Iuſtitiæ Aragonum Locumtenentibus, contra Francigenas ac Catalanos Regnum hunc inuadentes.

Secundũ † requiſitum eſt vt bellum iuſtũ dicatur, quod ſit cauſa iuſta & ſuficiens, vt ſcilicet qui impugnatur, hoc mæreatur propter aliquam culpam, ita Silueſter *verbo bellum* 1. *num.* 2. *verſ. ſecundum quod*, D. Thom. 2. 2. *q.* 40. *artic.* 1. Marquez *vbi ſupr. dict.* §. 3. *verſ. ita cauſa baſtante*, P. Dominicus Soto, *d. lib.* 5. *de iuſt. q.* 3. *art.* 5. *in reſponſ.* Camil. Borrel. *de Regis Cathol. præſt. c.* 32. *num.* 97. D. Auguſtin. *q.* 10. *in Joſue*, ita loquitur. *Juſta bella definiri ſolent, quæ vlciſcuntur iniurias, ſi quæ gens vel ciuitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit quod à ſuis improbè factum eſt; vel reddere quod per iniuriam ablatum eſt:* Id ipſum in *can. Dominus* 23. *quæſt.* 2. Iſidorus *c.* 1. *eiuſdẽ quæſtionis*, ſic, *Juſtum* (inquit) *eſſe bellum, quod ex edicto geritur, de rebus repetendis, aut propulſandorum hoſtium cauſa.* 8

Plu-

9 Plurimæ enim † ſunt iuſtæ cauſæ, ad bellum inferendum; vt iniuriarum vltio, rerum ablatarum repetitio, *can. iuſtum* 23. *q.* 2. ex D. Auguſtino *lib.* 83. *quæſt. verbis proxime relatis*, ſui ſuorumq; defenſio, *can ſcire* 23. *q.* 8. ex Azpelcueta Nauarro, *d. rubr. de iudicÿs num.* 104. vel cum tranſitus innoxius negatur, *can. notãdum* 23. *q.* 2 alijſq; nouem de cauſis, quas explicat Maior. *in* 4. *diſtin.* 15. *q.* 20. relatus à Nauarro, *in c.* 3. *de pæniten. diſtinct.* 15. *num.* 4. videndus Camil. Borrel. alias adducens, *d. c.* 32. *à num.* 88. & omnium maximè P. Ludouicus Molina, *d. tract.* 2. *de iuſt. & iur. diſput.* 102 *per totam p.* 1. *& diſput.* 103. 104. 105. *&* 106. Sed potiſsima omniũ cauſa eſt, pro tuenda augendaq; Religione vnius veri Dei, *can. omni, can ſi nulla* 23. *q.* 8. Nauarro *d. rubr. de iudicÿs num.* 104. cui diuini, naturaliſq; iuris diſpoſitio aſiſtit, idem Nauarro *in c. ita quorundam, de iudæis notab.* 1. *num.* 8. *&* 9. Re-

10 portaturumq; † ſe Princeps certo certiùs credat victoriam, quotieſcunq; pro Chriſtiana Religione decertat; & vt D. Bernardus, *de noua milit. Ex cordis* (inquit) *affectu, non belli euentu penſatur, vel periculum, vel victoria*

Chri-

*Chriſtiani hominis: quia ſi bona fuerit cauſa pugnantis, pugnæ exitus malus eſſe non poteſt.* D. Auguſtin. epiſt. 194. *Quando pugnatur,* (aſſerit) *Deus ſpectat, & partem quam inſpicit iuſtam, ibi dat palmam:* Nam, *non ſecundum armorum potentiam, ſed pro vt ipſi placet dat dignis victoriã,* Machab. *lib.* 2. *c.* 15. *verſ.* 21. Hinc Ferdinandus Catholicus Aragonũ Rex (Nierẽbergij ſunt verba vbi infra) percontatus, cur lõgè plùs Regni ſines auxiſſet, quã multi eius progenitores, quippe qui recuperauit quæ illi perdiderũt; reſpondiſſe fertur verbũ ſuo auctore & ſempiterna commemoratione dignũ. Patres inquit, mei, fortaſsis animo gerebãt Principatũ terrenũ exaltare, potius quã fidẽ plãtare; augere ſibi populũ multũ, ſed nõ ſtabilire diuinũ cultũ: quare decepti ſunt in adinuentionibus ſuis. Non ignarus Chriſtianiſsimus ille Princeps, † quod ſic Moyſes, 11
ſic Ioſue, ſic Dauid vicerunt Regna: tunc enim proſtrarunt hoſtes, cum pugnarunt animo tuendi & augendi religionem vnius veri Dei. Sic & Ioſaphat Rex Iudà dicebat militibus ſuis, Paralipo. *cap.* 20. *libr.* 2. credite in Domino Deo veſtro, pro quo pugnatis,

& ſecuri eritis. Et Nehemias *lib.2.Eſdra c.4.* Deus (inquit) noſter pro quo pugnamus, pugnabit pro nobis,& dabit victoriam, nos ipſi faciamus opus. Donabit ſiquidem certãti victoriam, qui certandi dedit audatiam. Non ergo nos hoſtium turba, non bellantium forma, non quaſi fulgens vitrea terreat armatura. Goliam magnum, robuſtum, armis terribilem, ingentiq; turba munitum, Dauid ſolus, paruus atq; inermis, vno lapidis ictu proſtrauit, totaq; Allophylorum caſtra turbauit atq; fugauit. Hæc Auguſtin. alloquitur, *contra quinq.her.in prin.* Non enim in fortitudine exercitus eſt victoria, ſed in Domino. Vnde Apoſtolus *ad Hebreos c.* 11. per fidem (inquit) vicerunt regna, & fortes facti ſunt in bello, & verterunt caſtra exterorum. Ita mirificè edixit & proſecutus eſt Rex Aragonum Martinus, in ſermone quodam ab eo facto in Eccleſia Cæſarauguſtana præſentibus Curijs Generalibus, *die* 29. *Aprilis, anno* 1398. cuius Thema ſic, *Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides veſtra*, tradit Hieronymus de Blancas, *in comentar. rerum Aragonenſ. fol.* 176. *cum ſequent.*

Nec

Nec parum † iuuabit, ſi eandem mentis 12
ſinceram puritatem milites haberent, qualem Machabei; quibus multas dedit victorias ſanctæ legis ardor, ſpes in Deo: poſtquã autem pacto fœdere gentibus ſe adſtrinxere, non nihil præſidijs humanis, & fortaſsè propriæ gloriæ attenti, marcuit ipſorum fælicitas. Vnde reprobantur bella propter ambitionem facta, vt aliqui Principes, qui ampliãdi ſtatus cupiditate coacti, coloratas in vicinos Principes perquirunt debellandi cauſas; veluti Ninus Aſsiriæ Rex, ex D. Auguſt. *de ciuit. Dei, lib. 4. cap. 6.* Bella ſiquidem hæc, iniuſta omninò ſunt, Regniſque proprijs ſumopere damnoſa: Ob quod illa inferentes, non ambigo apud diuinum tribunal magnam eſſe reddituros rationem. Quæ † incom 13
moditas ex bello non ſequitur? Quæ damna nõ adferũt bella? Quos labores? Hinc latrocinia, homicidia, fornicationes, diuinæ atq; humanæ legis tranſgreſsiones: Agnouit Sotus, *vbi ſupr. d. q. 3. art. 5. Bellorum namq; tumultibus* (ait) *non ſolum profana omnia, verũ & ſpiritualis reipublicæ ſalus, & ſacra omnia, & fides ipſa periclitãtur.* Seneca *de benef. lib. 1.*

c. 10. *Bellorum* (inquit) *ciuiliũ inſania, omne ſanctum ac ſacrũ profanatur.* Et tandem cunctarum miſeriarum culmen, bellum ſub ſe continere quis dubitauit? Crede mihi, ni expertus ſcias. Doceat P. Euſebius Nieremberg *in ſuo Theopolitico, lib.* 3. Bellum enim (aſſeruit) magnus anfractus iuris, & periculum totius iuſtitiæ eſt. In primis belli cauſæ ſæpè dubiæ ſunt, aut coloratæ; quas ambitio ſubtiliter purpurat, & honeſtatis obducit cocco. Quid? Cum iuſtum bellum euidenter eſt, iniuſtè haud raro exercetur, & ſæpè non eſt neceſſarium. Quare tunc excuſandum, quia dificulter excuſari iniuſtitiæ poſſunt, etiam in bello iuſto. Sæpè ſuos prius ſpoliat, ſpoliaturos alienos. Hæc ille. ¶ Gregorius *orat.* 9. Diſertè ex bello tributa orta edixit, ſic illius deſcribens proſapiam, *Ex peccato factum eſt vt ad laborem naſcar, & viuam, ac moriar. Hinc indigentia nata eſt; ex indigentia, cupiditas plus habendi; ex cupiditate, bella; ex bellis tributa, quibus in diuina condemnatione, nihil grauius eſt, & acerbius.* Inde Homer. *in illiad.*

*Inſa-*

*Inſaciabilis,ſceleſtus,priuatus homo eſt ille,*
*Qui bellum amat in populo mortiferum.*

Et Lucan. *libr.* 4. *Pharſ.*

*Heu miſeri qui bella gerũt.*

Sapientis † quidem eſſe à bello abſtinere, 14
etſi graues belli habeat cauſas, aſſeruit Xeno phon,*de bell.Ger.lib.* 6. Vnde Martiani Imperatoris,amorum pigritia laudanda, cum ſolitus eſſet dicere, *dum in pace eſſe poſſumus, arma non induamus.* Non quidem dubito Maieſtati Regiæ neceſſarium eſſe ad depellendas iniurias arma ſumere ( nam, *veluti modeſtiæ eſt conquieſcere, niſi iniuria affectus ſit; ſic ſtultitia eſt & improbitas, illatas iniurias non vlciſci,* ſic Plato. 5. *de republ.* Ariſtot. *lib.* 7. *politic. cap.* 8. & ad Alexandr. *in Rethoricis* Thucydides, *lib.* 1. Tit. Liuius *libr.* 2. *decad.* 3. 6. ) Verum pro viribus(niſi magna ingruente cauſa) bella excuſari, non minor exiſtit ſtatus ratio. Plura † ſiquidẽ ſunt 15
bella iuſta,ſed nõ omnia omninò neceſaria; ideo prudenter vitanda: nam quemadmodũ certãtibus vẽtis mare cõcutitur;ſic Regibus ſibi aduerſantibus popul⁹ Regni vexatur, D.

Chri-

Chriſtom *in Math.* Facile enim bellum omne ſumitur; cæterum ægerrimè deſinit: Non in eiuſdem poteſtate initium eius & finis eſt. Incipere cuiuis, etiam ignauo, licet: Deponi, cum victores vellint, ita Saluſtius *de bello Jugurth.* conduci: Polybius *libr.* 11. Tunc ergo (vt Xenophon *de vectigalibus*) beatiſsimæ iudicabuntur reſpublicæ, quando plurimo tempore in pace exiſtant. Conſulat Euſebius *vbi ſupra*, ſic. In pace Rex, nō multis indigebit opibus: non egebit Regno, abundabit. Nulla eſt tam diues aurifodina, nulla India, nulla Arauia tam felix, quam pax Regni. Plus hæc dabit, quam indicæ claſſes. Ex hoc penu Salomonis diuitiæ inmenſæ, etiam ante nauigationes Indię. Hunc Philoſophicum lapidem; amorem pacis ſi haberent Reges, aurea facerent Regna. Inaugurandum in Oriente nouum Imperatorem, Codinus ſcribit, in ſcuto prius ſeſsitantem, in ſublime elatum eminuiſſe vniuerſo populo ſuſpiciendum. Hoc comentabantur ritu, magnitudinem imperij pace & requiete potius permanere; aut ſi aliquando bello, potius eo pro defendenda ſua Republica, quam

aliena

alicna offendenda Principem vti debere, & quæ poſsit incruente vincere. Hęc. Ad aliud.

Tertium requiſitum eſt, † quod finis ſit 16
rectus, & belli intentio æqua: veluti quod Princeps debellet eo fine, vt iuſtitiam faciat, vt puniat delicta, vt pacem reſtituat, intendatq; vel vt bonum promoueatur, vel malũ euitetur, D. Tho. 2. 2. *q* 40. *art.* 1. Azpelcuet. Nauarro, *in rubra de ιudi. nu.* 104. *in fin.* Marquez *vbi ſupr. d.* §. 3. *verſic. la tercera.* Silueſter, *in ſuma d. verbo bellum* 1. *num.* 2. *verſ. tertium eſt*, ex *can. militare* 23. *q.* 1. tenet & exornat Camil. Borrel. *de Regis Catho. præſt. c.* 32. *num.* 101. & *ſequen.* P. Ludou. Molin. *d. trac.* 2. *de iuſtitia, diſp.* 107. *num.* 1. & *ſequen.* Vnde aſſerimus, bella licitum non eſſe mouere ex odio, crudelitate vel ambitione; ſed propter iuſtitiam & charitatem, *can. quod culpatur, can. militare* 23. *q.* 1. per Silueſtrum *in ſuma vbi proxi.* D. Auguſt *lib.* 22. *contra Fauſtum c.* 72. *Nocendi* (ait) *cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus, atq; implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſimilia, hæc ſunt quæ in bello iure culpantur.* Proſequitur etiam, *lib.* 4. *de ciuit. Dei, cap.* 4. & *cap.* 6.

*In-*

*Inferre enim*(inquit)*bella finitimis*, *& inde in cætera procedere*, *ac populos ſibi non moleſtos ſola Regni cupiditate conterere*, *& ſubdere*; *quid aliud quam grande latrocinium nominandum eſt*; Ariſt. 1. *Eticorũ. Homines*(aſerit)*vbi aliter quam iuſtitiam tuẽdo animi robur exercent*, *non ſunt aliter fortes*, *quam truces tauri*, *feroceſq; vrſi*, *atque inmanes tygres*. *Ad quod*, valde P. Euſebi Nieremberg verba conducunt, *in Theopoliti*, ita. Vellim hoc ſtricto ſinu Principes coligere, atq; profundo condere animo, Auguſtam & Regiam eſſe Regum fortunam, nullis deliniri dolis: Veram dico, & legitimam, & fidam; non illam adulterinum, quæ vltima ſui parte mordet, quæ poſt longos vſus ſatisfacit; qualis Alexandro, Põpeio, Cæſari, & ſexcentis alijs, dici non ſemper affulſit. At ſincera nobiliſq; non dolis, allici patitur, non arte, non ſimulatione, ſed terſis & puris afectibus, & ſtudio commodi publici, & in hoc honoris diuini. Hunc etiã mentis puriſsimum intuitum, & candentis votis animi video commendatum a Chriſto imperantium Domino, qui inuaſurum infideles Regem Sueciæ, per admirandam illius

natio-

nationis fœminam Brigittã monuit primò, vt præceſſurus in aciem, nulla alia intentione inſtigetur, niſi propter charitatem & ſalutem animarum. Hæc ille. Finem † ergo non minus Chriſtianiſsimæ charitati proximum aſſeuerauimus, quo die Princeps debellet, vt ex bello pax populi quæratur. Non enim quæritur pax ( ex D. Auguſt. *de verbis Domini* ) vt bellum exerceatur; ſed bellum geritur vt pax adquiratur: Eſto ergo bellando pacificus, vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Hinc Ariſtotelis aſertio, *lib.* 10. *Etico. c.* 7. Bella (inquit) gerimus ob eam cauſam, vt in pace viuamus; & negotia ſuſcipimus vt in ocio ſimus. Quid vlterius? 17

Quartum † requiſitum eſt, quod bellũ fiat 18 æquomodo, hoc eſt eo minori dãno quo fieri poſsit, ac abſq; innocentiũ præiudicio, niſi caſualiter accidat, & aliud fieri nequeat, ita R. P. Fr. Ioan. Marquez, *in ſuo Guberna. Chriſt. lib.* 2. *c.* 35. §. 3. *prope fin. verſ. de que nace.* Poterit tamen Princeps contra hoſtes (cum bellum aliàs iuſtum ſit ) inſidijs in diſtinctè vti (dũmodo fides hoſti præſtita nõ rũpatur, cui præciſsè ſeruãda eſt; *can. nolli* 23. *q.* 1.) Silueſt.

*in ſumma verbo bellum.1. nu. 9. ex tex. in can. Dominus noſter 23. q. 2. vbi gloſ.* notandus *tex. in l. nihil intereſt 25. ff. de captius, & poſth.* Patet ex Ioſue c. 8 & Iudicum c. 20. *verſ.* 29. Vbi filij Iſrael contra Tribũ Benjamin pugnantes parauere eis inſidias; ex quibus occiderunt viginti milia & centum viros, victoriamq; reportarunt; quod licitè factum extitiſſe, nemini latet. Nam vt D. Auguſt. Quum iuſtum (inquit) bellum ſuſcipitur, vtrũ apertè pugnet quis an ex inſidijs, nihil ad iuſtitiam intereſt. Dominus enim, Ioſue mandauit, vt habitatores Hai inſidias poneret, *in lib. quæſtionum q. 10. ſuper Joſue.* Et conducit Poeta, *lib. 2. Æneid.*

*Mutemus clypeos, Danaumq; inſignia nobis*
*Aptemus, dolus, an virtus, quis in hoſte requirat?*

Quod videtur deſumptum ex Homero *odiſſeæ, lib. 1.*

ὅππως κεν μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι.
Κτείνῃς ἠὲ δόλῳ, ἢ ἀμφαδόν.—

Id eſt,

*Quemadmodum procos in domibus tuis*
*Occidas vel dolo, vel palàm.*

Qui-

Quibus quidem deficientibus cauſis, vel quę libet earum, bellum iniuſtum eſſe incipit ex parte inferentis; & proinde hij contra quos infertur, iuſtè ſe defendunt, & defendendo, offendunt. Longa † tamen adeſt differentia, 19
an bellum iniuſtum ſit ex defectu primi, ſecundive requiſiti; an verò ex aliorum defectu. Nam primo caſſu, iniuſtum bellum inferens, non ſolum mortaliter peccabit, ſed etiam (quia contra iuſtitiam & charitatē bellum intulit) tenebitur damna omnia reſtituere, Azpelcueta Nauarro, *in rubr. de iudicijs n.* 105. P. Ludouicus Molina, *tract. 2. de iuſt. & iur. diſput.* 107. *poſt num.* 6 *&* 7. ex communi Doctorum ſententia. Secundo tamen caſſu, ſolummodo, peccabit, Silueſter *d. verbo bellum poſt num.* 2. *verſ. tertium eſt* (diſentit tamen *nu.* 11. *verſ. ſecundo*, quando poſt bellum iuſtè ſuſceptum, malitiosè intulit damna: cum tunc vltra mortale, reſtituere teneatur) Nauarro, *in d. rubr. de iudicijs num.* 105. At verò concurrentibus cauſis prædictis, cū Princeps bellum omninò iuſtum inferat hij aduerſum quos impugnatur, licitè ſe defendere non poterunt: nam vbi licita eſt offen-

ſio, ibi reprobata eſt defenſio, *glo. in l. vt vim, & ibi Bar. n. 3. & 4. ff. de iuſt. & iur.* & dixi, *ſupr. hoc eodem lib. q. 1. ad finem, verſ. ergo ban*
20 *nitus n. 32.* Id circo † Princeps vel Reſpublica contra quos iuſtum bellum infertur, cum iniuſtam ij foueant cauſam etiam ſe defendẽdo: ni ei qui iuſtam offendẽdi cauſam habet, ſuficientem offerant ſatisfactionem; omniũ cædum, damnorumve ex vtraq; parte illatorum, rei iudicabuntur, notat Silueſter, *d. verbo, bellum n. 11. verſ. prima.* Sin autem ſuficiẽs ſatisfactio bellum inferẽti offeratur, ita quod non ſolum iniurias ac damna compenſare parati ſint; ſed etiã reddere omnia ab bellatores expectantia; tenetur Princeps bellũ inferẽs, ab eo deſiſtere: aliàs non ſolum illicitum erit deinceps bellum ex ſui parte; verum etiã, tanquam contra charitatẽ & iuſtitiam, iniuſtum. Vnde dãna quæ dederit, reſtituere teneretur.
21 Sed † hoc intelligas cũ P. Molina, *d. tract. 2. diſp. 103. n. 19.* Si iniuria, ob quam bellum à Principe infertur, ei materialiter illata ſit: Nã tunc, ſi omnimoda offeratur ſatisfactio, quocunq; tẽpore (etiã bello incepto) ſatisfactionẽ recipere tenetur, tã lege charitatis, quã iu-

ſti-

ſtitiæ, ſub peccato & dictæ reſtitutionis pœna. At autē, ſi Principi bellum inferenti, iniuria formaliter illata ſit, vel materialiter & formaliter ſimul; tunc aliud procedit vt ſatisfactionem recipere teneatur ex lege charitatis & iuſtitiæ, aut ex lege charitatis tantum; ad quod conſulas dictum P. Molinam, ſubtiliter tractantem, *d. diſput.* 103. *à num.* 19.

Ratio † autē quare is cui ſuficiens offertur ſatisfactio, eam acceptare teneatur, illa eſt, vt D. Auguſt. *epiſt.* 285. *ad Bonif.* Molina *d. diſp.* 103. *n.* 15. nempe, quod bella inferre, non eſt voluntatis actus, ſed neceſsitatis. Tunc enim omnis neceſsitas ceſſat, quando talis fit oblatio, vt fidendum illi ſit: Siquidem tunc, quando ſatisfactio offertur, ab eo tēporis momento ceſſat aduerſariorum iniuria, & pro præterita, nihil amplius exequi poteſt, ita Molina, *vbi proximè iuncto num.* 25. & conducit illud Deuteron. *c.* 20. *verſ.* 10. *Si quando acceſſoris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt, ſaluabitur & ſeruiet tibi ſub tributo: Si autem fœdus inire noluerit, & acceperit contra te bellum, oppugnabis eam.* 22

Hæc

Hæc quo ad Principem dicta, vt an ſe iuſtè contra bellũ inferẽtem defendere poſsit, 
23 ſciatur. † Quid de vaſallis vel militibus? An poſsint interuenire in bello de cuius iuſtitia vel iniquitate dubitant, vel ſciunt iniuſtum eſſe?

24 Ad quod primò † fatendum eſt, Principẽ poſſe quibuſcunq; vaſallis ſuis præcipere vt arma ſumant, qui obedire tenentur, Siluester *in ſuma d. verbo bellum num. 7. concluſ. 2. 5. 6. & 7.* Et hoc tàm in bello offenſiuo (etiam de iuſtitia incerto) quam defenſiuo: nam vaſallo ſolummodo obedire incumbit, non autem cognoſcere vel inquirire de iuſtitia aut iniuſtitia belli; quia nudi executoris & miniſtri partes ſuſtinet, non iudicis, Ioan. de la Cruz, *in director. conſciẽtiæ p. 1. pr. 5. art. 3. dub. 2. concl. 2.* Regis enim eſt iubere; militum autem iuſsis parere, Auguſt. *lib. 22. contra Fauſtum cap. 75. can. quod culpatur 23. q. 1.*

25 Quo ſupoſito † dicendum videtur, ſubditum incertum de belli iuſtitia, militare teneri; ſecus extraneum, Caietan. *verbo bellum*, Siluester *vbi ſup. num. 10. quaſt. 9. verſ. quarta*, Ioan. de la Cruz, *vbi prox.* Ledeſma *in ſuma*

*tom.*

*tom. 2. tract. 3. c. 13. concl. 20.* Villalobos *in ſuma, tom. 1. tract. 1. dificul. 18. num. 4.* Valentia *tom. 3. q. 16. punct. 2.* & alij quos tradit Anton. Diana, *tract. 5. miſcellan. reſol. 96.* Sed ipſe ibidem, cum Petro Nauarra, *de reſtit. lib. 2. c. 3. nu. 278* & Suarez, *tract. de charitate, diſp. 13. ſectio. 6. num. 11. & 12.* tenet; non ſolum ſubditum militem, de belli iuſtitia dubitantem vel ignorantem, poſſe pro Rege militare cui aſiſtit D. Auguſt. (cum omni ſchola) *lib. 22. contra Fauſtum c. 75.* Sed etiam extraneum non ſubditum ex probabiliori ſententia: Quam † & ego extenderem, etſi miles de 26
iuſtitia aduerſarij perdoctus ſit, de propria autem credulus; cum tunc iuſtam quoq; cauſam foueat. Nam licet regulariter bellum ex vtraq; parte iuſtum eſſe non poſsit, vt Soto, *trac. de iuſt. & iur. lib. 5. q. 1. artic. 7 in fine.* P. Ludouicus Molina *d. tract. 2. diſput. 103 n. 4. in fine*; cum iuſtitia penes duos ſibi inuicem aduerſantes reſidere nequeat. Tamen poterit † bellum, aut ex vtraq; parte formaliter 27
iuſtum eſſe: aut ex altera formaliter ſimul & materialiter, formaliter verò tantum ex alia, vt agnouit Molina, *vbi proximè poſt num. 11.*

& Leo-

& Leonardus Leſius, *de iuſt. & iur. lib. 2. c. 13. dub. 3. poſt num. 30.* Dari poteſt (inquit) bellum ex vtraq; parte iuſtum: maximè vbi ex altera parte non eſt propinqua, vel directa oppugnatio.

28 Quid † ſi bellum notoriè iniuſtum ſit? Silueſter tenet, *d. verbo bellum num. 11. verſ. prima, & verſ. ſexta,* non eſſe licitum in eo dimicare ſub culpæ mortalis reatu & reſtitutionis illati damni obligatione. Verum ego
29 ita diſtinguerem; nempe † aut miles eſt vaſſallus & iuſſu Principis pugnat: aut eſt volũtarius. Si vaſallus eſt, nec ſe excuſare poteſt, ſed ſuperioris præcepto coactus dimicat; crederem, intuitu dictæ neceſsitatis, militem haud peccatum dimicando comitere, nec ad vllam teneri reſtitutionem: Nam coactio nõ eſt voluntas, & vbi hæc nõ interuenit, abeſt peccatum. Teneretur tamen miles præcauere, ne aliquem occidat, damnumve aliquod inferat ſpontè, niſi aut neceſsitate præciſſa coactus, aut pro vita propria tuenda. Si ergo miles vaſallus ſe excuſare poſsit, & Principi ſe vltrò offerat dimicaturum in bello, quod ſcit euidenter iniuſtum eſſe: Non minus tenere-

neretur quam extraneus qui ad bellandum cogi non poteſt; id eſt, vltra peccatum, ad reſtitutionem, videndus Soto, *d. q. 1. artic. 7. ad finem.*

Quid † ergo ſi is extraneus qui ſpontè ad dimicandum in bello iniuſto ſe offert, in vitæ diſcrimine ponatur; an ſe licitè defendere valeat cum nece illius inuadentis, cui belli iuſtitia ad agrediendum aſſiſtit? Negatiuè reſoluendum cenſeo: & hoc, in pœnam culpæ ab eo comiſſæ, ob voluntariam interuentionem in bello illicito, & ex ratione ſupra adlata *num. 19. in fine.* Qui ergo ſe à periculo abſtinere poteſt, & periculum amat; quæ excuſatio, ni vt pereat in illo? 30

# Quæſitum III.

*Defenſionis intuitu, an in carcere detentus iniuſtè ab eo fugere poſsit, dum periculum timeat corporale.*

## RECOPILLATIO.

*Iuſtitiæ laus & obſequium, num.* 1.
*In carceribus detento iniuſtè, non licet ab eis fugere, etſi innocens delicti ſit, num.*2.
*Captus iniuſte detentus ſi fugiat, tenetur pœna illius delicti pro quo captus erat, et ſi delicti innocens ſit, num.*3. & 5.
F*uga quando probet delictum, num.*4.
*Carceres loca ſacra ſunt, num.*6.
*Sacra violans, capite punitur, num.*7.
F*ugiens à carcere etſi innocens ſit delicti, tenetur pœna mortis de foro huius* R*egni, n.*8.
*Captus & detentus iniuſtè in carcere ab eo fugere poteſt, num.*9.
*Declara tamen, vt numer. ſeq.*
*Carceratus iniuſtè poteſt à carcere fugere, tam frangendo carcerem, quam adhibita conſ-*
*pira-*

*piratione, num.*11.

*Amplia, etiam carceris cuſtodes occidẽdo, n.*12.

*Intellige tamen vt, num.*33.& 34.

*Iudex eo caſſu obtemperandus non eſt, eiq; reſiſti poteſt vt priuata perſona, num.*13.

*Iudex hoſtis dicitur, dum iniquè procedit, n.*14.

*Fugere tutius eſt, quam iudicis ſententiam expectare, ibid.*

*Reſpondetur*, text. in l.in eos, ff.de cuſtodia reorum, *num.*15.

*Reſpondetur etiam* text.in l.milites agrum,§. eius fugam,ff.de re milit.*num.*16.

*Reſpondetur tertio argumento, in contrarium adducto, num.*17.

*Reſpondetur* tex.in obſ. 2. tit. de proditoribus,*num.*18.

*Fori diſponentes in materia iuris communis, huius interpratationes omnes recipiunt, ibi.*

*Statutum diſponens quod aufugiens habeatur pro confeſſo, debet intelligi, niſi habeat iuſtam cauſam fugiendi, ibid.*

*Iniuſtè carceratus, & iuſtè condemnatus poteſt impunè à carceribus fugere, num.*19.

*Carceratus nulliter & iniuſtè, & rite condemnatus, quibus caſibus quis dicatur, nu.*20.

Captus abſq; flagrantia, dicitur iniuſtè carceratus, num. 21.
Flagrantia an præſumatur, & probetur, per relationem factam à iudice de captura, ibid.
Flagrantia quando dicatur, nu. 22.
Carceratus indebitè eſt ille qui abſq; legitimo appellitu captus eſt, num. 23.
Appellitus quomodo nulliter prouideatur, ibid.
Captus contra thenorem iurisfirmæ, dicitur etiam nulliter carceratus, num. 24.
Officialis capiens aliquem, tenetur facere relationem capture intra diem naturalem à die captionis computandum, ibid.
Carceratus iniuſtè detentus dicitur, ſi ſibi petitio non offeratur intra tres dies à die captionis, vel ſex, ſuo caſſu, num. 25.
Carceratus iuris ordine non ſeruato, poteſt impunè fractis carceribus fugere, ibid.
Carceratus iuſtè, etſi innocens delicti ſit, non poteſt impunè effracto carcere fugere, nu. 26.
Et qua pœna teneatur, ibid.
Et quid in Aragonia, nu. 27.
Quid ſi innocens hic delicti, aufugiat ſimpliciter abſque carceris effractione, num. 28.
Et an delicti innocentiam prouare teneatur, nu-

*numer. 29.*

*Et an quoq; prouare, fugam ſimpliciter factam eſſe, non verò cum qualitate fractionis, ibi.*

*Carceratus iuſtè, ſed iniuſte condemnatus, poteſt fractis carceribus fugere, & etiam cuſtodes occidendo ſi id fuerit neceſſum, nu. 30.*

*Intellige vt, num. 35.*

*Condemnatum ad mortem iniuſtè, poteſt quilibet tertius per vim erripere, ibidem.*

*Et non ſolum iniuſtè condẽnatus poteſt in conſcientia fugere, verum & tenetur ſi comodè poteſt ſub peccato, num. 31.*

*Etiam ſi promitat mediante iuramento ad carcerem in quo iniuſtè detinebatur, reddire, nu. 32.*

*Abſq; metu periurij, & quare, ibid.*

1 EST † totius boni publici fundamentalis baſis iuſtitiæ cultus, (*de cuius laudibus,* Antonius Roſcius, *libr. 2. memorabilium c. 2. per totum.*) Ea eſt tam neceſſario debita obediẽtia, id tã preciſſum obſequiũ; vt nihil illa reluctante, nihil magiſtratu inſcio, iuſtè proprio peragamus affectu. Per me Reges regnãt (inquit Dñs) & legũ cõditores iuſta decernũt:

per

per me Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam, *Prou.* 8. quaſi fateamur Deo nos oponere, quotiens noſtri magiſtratus determinationi obſiſtimus. Clarius Apoſtolus. Qui poteſtati (inquit) reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, *ad Roman.* 13. quaſi ſuadendo iubeat, ni Dei verbo aduerſare cupiamus, iudicis nos præcepto, obtemperare teneri.

2 Igitur fatendum † videtur, in carceribus detento (etſi delicti innocens ſit) ab eo aufugere non licere: Nam ſi obiecti delicti innocentiam habeat, ſat erit abſq; carceris violatione, illam coram iudice probare, ſeq; iuditialiter tueri. Et ſi ſententiam condemnatoriam iniuſtè ſuſtineat; iuſtiùs eſt ſe per appellationem defendere, quam iuſtitiæ ſacrum violare. Sin autem ſua iuditialis defenſio nō ſuficiat neq; in prima, neq; in ſecunda recurſus inſtantia, quominus mortem iniqua mediante condemnatoria ſententia ſuſtinere valeat; adhuc videtur æquiùs, quam iuſtitiæ illudere, mortem pati, vt cœleſte in ipſum redundet æternitatis præmium. Beati profectò (aſſerit Chriſtus Dominus,) qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniam

niam ipſorum eſt Regnum cœlorum, *Math. 5.cap.*

Prædictis tamen haud atentis; ( cum illa quoad vitæ cupiditatem omnibus omninò ardua, nulliq; lege diuina præciſſa credãtur) nunc hoc in puncto, vt quid fieri liceat,pateat, ad iuris noſtri diſpoſitiones recurramus:quibus inſpectis,videtur dicendũ.† Iniuſtè detentum in carcere, ab eo impunè aufugere non poſſe. Ad quod primò ponderatur,*tex.in l.eos* 13.*ff.de cuſtodia & exhibit.reorum*, cuius hæc verba. *In eos qui cum recepti eſſent,in carcerem conſpirauerint,vt ruptis vinculis, & effracto carcere euadant, ampliùs quã cauſa ex qua recepti ſunt repoſcit, cuſtodiẽdum eſt: & quamuis innocentes ex eo crimine inueniantur,propter quod impacti ſunt in carcerem, tamen puniendi ſunt.* Ex quo textu patet,innocentem delicti in carcere exibientem, ab eo fugere,aut effractis repagulis, aut conſpiratione facta,nullatenus poſſe;ni pœnam illius delicti,pro quo captus erat, ſuſtinere cupiat:cum tunc innocens fugiendo, delictum fateri cenſeatur, vt eſt communis doctorum ſententia per dictum textum, vbi Acurſius,

*ver-*

*verbo puniendi ſunt*, Bar. Angel. *& communiter ſcribentes*, Felin. *in c. nullus, extra de præſumptio. num.* 3. Iul. Clarus *in* §. *fin. q.* 21. *n.* 16. Ioſeph. Maſcard. *de probatio. concluſ.* 820. *n.* 1. 6. *&* 27. *p.* 1. Bal. *conſ.* 32. *incip. primus quæſtionis articulus num.* 1. *in fine, lib.* 3. tradit Proſperus Farinacius *quæſtion. criminal. tit. de carceribus q.* 30. *num.* 7. Oldradus *conſ.* 65. *incip. hic agitur de duobus, num.* 1. Cepol. *conſ.* 20. *col.* 1. *ante finem, verſ. item quia ex quo fugit*
4 *de carceribus.* (quando † fuga probet delictum, & de præſumptione aduerſus fugientem, conſule Petrum Cenedo, plures allegãs, *in Colectan. ad decretal. ad c.* 4. *de præſumptio. Colectan.* 43. *num.* 1. *p.* 2.) Et licet Nicolaus Boerius, *deciſ.* 215. D. Ludouicus à Peguera, *deciſ. Cathaloniæ* 1. & Farinacius, *d. q.* 30. *à n.* 8. communem hanc Doctorum opinionem, ex *d. l. in eos*, deſumptam, vt erroneam impugnent, aſſerentes; ex dicto textu non deſumi, fugientes vel fugere tentantes mediante cõſpiratione aut carceribus effractis, debere puniri pœna illius delicti pro quo capti erant, etiam ſi reperiantur innocentes, nec tales pro confeſsis haberi. Fatentur tamen & defendunt,

dunt, pœna arbitraria eo in caſſu puniendos
eſſe propter fracturam.

Secundo † extat, *text. in l. milites agrum* 5
13. *§. eius fugam, ff. de re militari*, Sic. *eum
tamen qui carcere effracto fugerit; etiam ſi
antea non deſeruerit, capite puniendum Paulus
reſpondit.* Vbi à carcere fugiens, etſi
antea militiæ deſertor, non fuiſſet, capite
plectendum Paulus ſtatuit. Igitur innocens
delicti à carceribus impunè fugere non poterit.

Tertio ſic ponderatur: † carceres loca ſa- 6
cra ſunt, quia publicè dedicata, *l. ſacra loca,
ff. de rerum diuiſione*; & quia ſicut muri ci-
uitatis ſancti appellantur, ita carceres; cum
illi, ſicut ij, ad cuſtodiam deſtinentur, &
carcer murus dicitur & locus publicus, vt
Antonius Roſcius, *libr. 3. memorabil. capit.
vltimo, numer. 2. & 18.* Sed † rumpens vio- 7
lansve ſacra, capite punitur, *l. fin. ff. de rerum
diuiſio. §. ſancta quoque res, inſtit. eod.* Ergo
frangens quis carceres vt fugiat, puniendus
eſt; cum lex generaliter hoc caſſu, in omnes
pœnam capitalem ſtatuat.

Quarto adeſt † *obſeruantia 2. titul. de pro-* 8

*ditor. & cuſtodibus carcer.* Hæc Series. *Item frangere videtur carcerem innocens de crimine propter quod eſt captus, qui aufugit de carcere: & habetur de crimine pro confeſo, ſi in vinculis captus in carcere detineatur, & ipſum carcerem ſeu vincula fregerit: non ſolum ſi exiberit de carcere captus ianuis apertis, vt effractor carceris punitur, ſed etiam cum captus ducitur per ſagiones ad iuditium de carcere, & in via captus manus ſagionum euadit & aufugit, & in fuga capitur vel aliàs, vt effractor carceris inſurcatur.* Quibus verbis patet innocentem delicti impunè à carceribus fugere non poſſe, cum in eum pœna mortis ſtatuatur.

9 Minimè tamē prædictis refragātibus; † iniuſtè in carcere detentum, ab eo fugere poſſe; tenent Bart. *in l. vis eius, C. de probatio. n. 1.* & per Roland. à Valle, *conſ. 7. num. 47. vol. 1.* & alios, tenet Iul. Clarus, *in d. §. fin. q. 21. nu. 16. verſ. ſed quando fuit*, vbi additio. *lit. Q. & lit. T.* & ibidem etiam Ioan. Batiſta Baiard. *num. 97. & 99. verſ. nec repugnat.* Didacus Couarruu. *variar. reſolut. lib. 1. c. 2. nu. 11.* Nicol. Boerius, *d. deciſ. 215. num. 30. verſ. & iſtud vltimum*, Alexand. *conſ. 144. incip. poſt*

*red-*

*redditum num.6. vol.2.* & ex Bart. Brix. *in quæſtion. dominical.* 37. tenet Andreas Tiraquel. *de retract. ligniag. in præfatio. poſt num.* 69. Ioſeph. Maſcard. *de probatio. d. concluſ.* 820. *num.* 16. & 17 Franciſcus Ripa, *in l. admonendi, ff. de iure iurand. num.* 170. & 171. alios tradit Petrus Cenedo, *in Colectan. ad decret p.* 2. *Colectan.* 43. *num.* 2. Quam receptiſsimam ſententiam amplectens, vt plenius quæſitum noſtrum reſolutum maneat, quatuor concluſionibus explanabo.

Ad quod præmitto, † diſcriminis rationem conſtituendam eſſe inter iuſtè captum, iniuſtè tamen condemnatum: & inter iniuſtè captum, ſed iuſtè condemnatum; cum hic pleniorem (tempore & iure) habeat facultatem illo, vt ex ſequentibus concluſionibus patefiet. 10

Prima eſt, † iniuſtè carceratum, poſſe licitè à carceribus fugere, tam adhibita conſpiratione, frangendo carcerem, quam vincula dirumpendo; vt præter proximè relatos, tenet Farinacius, *d. tit. de carceribus, q.* 30. *nu.* 61. 67. & *num.* 120. *cum ſequent.* Iacobin. de Santo Georgio, *in l. ſed eximendi nu.* 3. *ff. ne quis* 11

*eum qui in ius vocatus*, Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. caſſu* 301. *num.* 14. *& tract. de præſumptio. libr.* 1. *q.* 89. *num.* 43. *&* 49. Ripa *in d. l. admonendi num.* 171. Thom. Gramat. *conſ.* 51. *num.* 6. Carrer. *in pract. tract.* 2. *de iud. & tortura*, §. *tertium inditium eſt*, *num.* 36. Bertazol. *conſ. crim.* 35. *num.* 33. *vol.* 1. Ioan. Neuizan. *conſ.* 61. *num.* 37. Seraphin. *de priuilegijs iuramen. priuil.* 132, *num.* 1. Ægidius Boſſius, *in prac. tit. de carcerato fideiuſſor. relaxan. num.* 48. & notat *in tit. de carceribus nu.* 5. *ad finem*, *& in tit. de captura num.* 4. *cum ſeq.* Hieronymus Portoles *ad molinum*, §. *fractor nu.*
12 11. *verſ. item limitanda.* Etſi † opus fuerit, etiam carceris cuſtodes occidendo, Boerius *d. deciſ.* 215. *num.* 30. *verſ. quinimo*, per Lucam de Penna *in l. prohibitum*, *C. de iure Fiſci, lib.* 10. *col.* 2. *nu.* 11. *verſ. ſed pone dum ageretur*, Farinacius, *d. tit. de carceribus q.* 27. *n.* 14. *& d. q.* 30. *nu.* 129. plures referens. Nam cum iudex contra ius & de facto procedat illum iniuſtè carcerando; quid ni iuſtè, de facto quoq; reſiſtet, & fugiendo ſe tuebitur? Iudex ſiqui-
13 dem eo † caſſu, non ſolum iudex non erit, & ſic nec obtemperandus: verum ei reſiſti pote

rit,

rit, vt priuatæ perſonæ, ita Caſaneus *ad conſuetudines Burgundiæ rub. 1. §. 7. verbo de ſimple recouſſe, num. 9.* per text. *in l. vltima, ff. de officio præfecti vrbi, l. penult. C. de executor. lib. 12.* & alios, ad tradita *ſup. hoc libro q. 1. num. 8 & ſeq.* Supponendo, iniuſtam capturam in dies damnum inferre irreparabile. Qualitercunq; ergo quilibet ſibi conſuli poteſt, vt iniuſtam carceratione͂ effugiat; vt ab iniqua ſeruitutis ſpecie arceatur; vt priſtinam conſequatur libertatem; vt hoſtium manus euadat. Talis enim † eſt iudex cum ſic iniquè procedit, Farinacius, *d. q. 30. poſt nu. 132.* Vnde tex. 14 *in l. nihil intereſt 25. ff. de captiuis eſt poſtlim. reuertis*, protulit. *Nihil intereſt quomodo captiuus reuerſus eſt, an vi, vel fallacia poteſtatem hoſtium euaſerit.* Quare, non ſolum iniuſtè capto illud competere crederem ſi iniquam iudicis ſente͂tiam teneat; verum etiam ſi non timeat: Nam ei ius ex futuro euentu non competit, ſed ex præſenti grauamine; nempe ex iniuſta carceratione. Non ſatis quidem vitæ ſuæ conſultum eſſet, ſi captus iudicis ſententiam expectare teneretur, maximè ſi iniqua, vel carcerato da͂noſa eſſet.

Ergo

Ergo ſatiùs erit fugere, quam fortunam in tam periculoſo caſſu tentare. Hinc Alcibiades dicere ſolebat, vt refert Plutharc. *inter apophthegmata*; fugere tutiùs eſſe, quam expectare iudicium, in quo, nec matri fideret ipſe; tradit Couar. *vbi ſupr. relatus*.

15 Nec noſtræ † huic cōcluſioni obſtat, *text. in d.l.in eos*; nam is ſolum aſſerit, conſpirantes in carcerem puniendos eſſe, etſi delicti illius ob quod in carcerem erant recepti, innocentes reperiantur. Ergo cum inibi Iuriſconſultus innocentiæ ſolummodo caſſum exprimat; aliud ſi iniuſtè capti extitiſſent, iudicaſſe credendum eſt. Diferunt enim, quem delicti innocentem eſſe, & quem iniuſtè in carcere detentum: cum poſsit eſſe vt quis innocens ſit, & tamen iuſtè captus, Boſius *tit. de efractor. carcer. num. 2. verſ. addo etiam*: Et è contra, vt quis ſit iniuſtè carceratus, & delicti nocens exiſtat. Vnde ergo, cum Iuriſconſultus, *in d.l.in eos*, aſſerat, puniendum eſſe ob fracturam, etiam delicti innocentem: Non inde ſequitur, iniuſtè detentum puniendum quoq; eſſe, cum & nomine & iure valdè inter ſe ſe diferant, vt infra apparebit.

Id

Id ipſum reſpōderi poteſt, † *in d. l. milites agrum, §. eius ſugam.* Vltra quod in militiæ delictis puniendis, nec ſolemnitas iuris, nec huius ordo obſeruatur; ſed ſuperioris volun tas, quæ inuiolabiliter eſt ſeruanda, attenditur. Silent enim leges inter arma, Valer. Maximus (videndus) *lib. 5. cap. 2. de gratitudine, verſ. 8. ad finem.* Vnde captus exiſtens ſuperioris iuſſu, non poterit (quacunq; iuſta ex cauſa) fugam, militari obedientiæ cōtrariam arripere: Siquidem in acie quidquam reluctā te ſuperiore facere, (etſi expediat, iuſtum, æquumq; ſit) omnino prohibetur, *l. deſertorē 3. §. in bello, ff. de re militari*, ibi: *In bello, qui rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata non ſeruabit, capite punitur; etiam ſi res benè geſſerit.* Cum itaq; diſpoſitio, *d. §. eius fugam*, in militibus iure ſpeciali procedat; generali noſtræ aſſertioni, haud obſtabit. 16

Nec † tertium argumentum eſt in conſideratione, ſi illud regulariter procedere attendas. Cæterum, quia iniuſtè captus, non dicitur poſitus ſub cuſtodia, ſed ſub violentia; vnde tunc ei iuſtus carcer non erit. Et quemadmodum quis ab iniuſto carcere, à priuato, 17

ab iniurioſo, fugere impunè poteſt; ita etiam à carcere publico in quo iniuſtè quis detinetur, ad Farinacium *d. q. 27. num. 13. & 14.*

18 Cum his etiam † reſpondetur textui, *in d. obſeruat. 2. de proditoribus.* Nam etſi quo ad hoc, vt fugitiuus habeatur pro confeſſo de crimine pro quo captus erat, communi Doctorum opinioni (nulla ni fallor lege fundatæ, vt Peguera, *d. deciſ. 1. à num. 2.*) adhæreat obſeruantia noſtra: Hæc tamen, ſicut omnes Aragonum fori in materia communis iuris diſponentes, huius omnes interpretationes recipere debent, vt Portoles, *in § fori, num. 9. & ſequen.* Maſcardo *de ſtatut. interpræt. concluſ. 2. num. 71.* Sed de iure communi, pœna fugitiuo à carcere, non eſt impoſita quando is iniuſtè captus eſt, ſed omnino fugere licet, *vt ſupra diximus.* Ergo de foro noſtri Regni idem procedere debet, Portol. *§ fractor nu. 11. verſ. item limitanda.* Et quod ſtatutum diſponens, quod aufugiens habeatur pro confeſſo de crimine; debeat intelligi ſecundum iuris interpretationem; id eſt niſi iuſtam habuerit fugiendi cauſam, tenet Alderanus Maſcar. *de ſtatut. interprat. concl. 2.*

*num.*

*num. 66.* Ad quod, cuiuſdam magni nominis iuriſperiti annotationem, *ad dictam obſeruantiam 2.* adferre non erubeſcam. Ita. *Fractor carceris eſt nomen æquiuocum, quia poteſt ex iuſta cauſa oriri, iuxta Bar. in l. 1. num. 7. ad Turpilian. Potuit tamen ex aliqua iuſta cauſa frangere carcerem, vt puta famis, quo caſſu eſſet iniquum eum condemnare & habere pro confeſſo; & ſic fuit determinatum in proceſſu Eliſabeth de Nobales, coram iuſtitia de Caſpe, die 24. May 1565.*

Secunda † concluſio eſt, iniuſtè nulliterve 19
carceratum, & iuſtè condemnatum, poſſe impunè à carceribus fugere, eodẽ modo quo ſupra de iniuſtè carcerato tantũ, diximus. Næc ex cõdemnatione quidquã reſultat quod debitori iniuſtè carcerato fugã impedire queat: ratio, quia captura eſt lapis fundamẽtalis, & axis vbi totius proceſſus robur conſiſtit. Vnde cum captura iniuſta aut nulla ſit, condẽnatio quoq; eodem itinere gradietur, Boſius *in praxi, tit. de captura n. 8.* Si non quoad delinquentis capti nocẽtiã; quoad iuris tamẽ ordinẽ nõ ſeruatũ, notat Far. *d. q. 30. n. 134.* Ideſt quoad iniuſtã carceratione. Ergo iniuſtè in

carcere detentus, quandocunq; tàm ante ſen tentiam, quàm poſt, licitè fugere poterit; cũ condemnatio, ( etſi iuſta quoad. delictum) virtute iniuſtæ carcerationis; iniuſta quoq; ſit, & per hoc nec impediens quo minus delinquẽs iniuſtè captus, impunè fugere queat. Nec enim quod nullum eſt impedimentum præſtat, *l.4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* cum vulgatis.

20 Caſus † itaq; in quibus quis iniuſtè aut nulliter captus eſſe poteſt, & iuſtè ac ritè condẽnatus; nemini latent. Poteſt enim quis iuſtè condemnatus eſſe, quotieſcunque ( conſtito de corpore delicti) aut probationes, aut inditia, ad id ſufficientes, ex legum neceſsitudine interueniunt. Et in eadem cauſa & caſſu, poteſt quis iniuſtè vel nulliter captus eſſe. Quot autem hoc modis fiat, conſule Farinacium, latè *quæſtion. crimin. tit. de carceri-*
21 *bus quæſt. 27 per totam.* In † noſtro autẽ Regno Aragonum, poteſt quis iniuſte ac nulliter captus & in carcere detentus eſſe, pluribus modis: vt ſi abſq; flagrantia quis capiatur, Portol. *poſt §. captus, in tract. liberatio. per viã priuilegiatam, §. 4. num. 4.* Petrus Molinos, *in*

*tract.*

*pract. tit proceſſo criminal de preſencia in princ.*
Præſumitur tamen flagrantiam interueniſſe,
& ipſa probatur (ſaltim præſumptiuè donec
de contrario non conſtet) per relationem fa-
ctam à iudice de captura, vt requirit *forus de
voluntad de la Corte, tit. de litibus abrebiandis*:
Nam præter quam quod videtur ex dicto fo
ro id colligi, officiali creditur Portoles *vbi
prox. num.* 32. 33. *& ſeq.* Flagrantia † enim 22
tunc dicitur, quando maleficium recens eſt,
vel recenter commiſſum; & durat 24. hora-
rum ſpacio poſt commiſſum delictum. Sed
in caſibus fori *de la via priuilegiada, anni*
1592. Flagrantia per tres dies durat: & in cri-
mine furti, vſq; ad tempus, & tempore quo
in delinquentis poſſe furtum inuenitur, de
quibus Molinus *verbo flagrantia*, per forum
*quandocunq; tit. de appellitu, forus 3. tit. de ſu-
praiuntarijs*, Portoles *vbi prox. num. 6. 8. &
ſeq.* Petrus Molinos *in dict. proceſſu, fol. 191.
verſ. item puede.*

Captus etiam † dicitur indebitè, ſi abſque 23
appellitu legitimo & forali quis capiatur: ve
luti ex appellitu in cuius prouiſione defecit
informatio vnius teſtis de viſu aut accuſati

confeſione, vel duorum teſtium de fama publica deponentium ac credẽtium, dictam famam publicam, veram, non fictam eſſe. Si dictus appellitus ad legitimæ partis inſtantiam datus non fuerit. Si in illius prouiſione iuratum non ſit, *dictum appellitum verum eſſe & non fictum*. Si pro expenſis fideiuſio præſtita non fuit. Si teſtes ad dicti appellitus prouiſionem producti, fuerunt Portarij, curſores, aut Curiarum virgarij, de quibus omnibus, *forus item que los ſobredichos Iuges, forus item declarando, forus item porque, forus de voluntad, forus por apellidos, forus el ſeñor Rey, & forus quandocunq; tit, de appellitu*, ad Molinos practicũ, & curialẽ, ille *verbo appellitus, & verbo captus*; hic *d. tit. proceſſo criminal de preſencia.*

24 Item nulliter † quis captus dicitur, quãdo id fit contra tenorẽ iurisfirmæ, caſſu quo arctat, *forus coſa es muy neceſſaria, tit. de manifeſt. perſonarũ*, Molinus *d. verb. captus, fol. 53. col. 3. in prin. forus è porque, tit. de procuratoribus Aſtrictis*. Item ſi relationem capturæ officialis capiens non faciat intra diem naturalẽ a die capturæ computandum, *ex foro de volũtad, tit. de litibus abrebiãdis*, de quo veriùs con

ſulas

ſulas Portoleſium, *poſt verbum captus, §. 4. à n. 19. latè.* † Itē iniuſtè quis captus exiſtet, ſi in 25
tra tres dies iuridicos (vel ſex in delictis con tētis ſub rubr. *de la via priuilegiada, anni* 1592 *Tiraſonæ*) à die carcerationis cōputādos, pe titio capto non offeratur, *ex foro præterea tit. de accuſationibus, forus è porq̄, tit. de procurat. Aſtrictis*; & capto petente, eum iudex è carce ribus non relaxet, *ex d. foro.* Quibus quidē ca ſibus (& alijs quos conſultò ommito ne iu ſto longior fiam, de quibus Portol. *in d. tract. de liberatione per viā priuilegiatā*) cum captus iniuſtè ac nulliter in carcere detētus exiſtat, impunè poterit effractis etiā parietatib⁹ fuge re, *vt ſupr. diximus*: Nā cōmunis Doctorū ſen tētia eſt; indebitè carceratū, vt quia iuris ordi ne nō ſeruato, aut ſine indicijs, aut nō cōſtito de delicto, capt⁹ extitit; abſq; aliqua pœna poſ ſe carceres frāgēdo aufugere, Foller *in pract. crim. p. 4. 3. partis principalis verb. etſi cōfitebū tur n. 52.* notat Ægi. Boſ. *tit. de effractorib⁹ car cerū n. 2. verſ. addo etiā*, Alber. *in d. l. in eos, n. 1 in fine*, Farin. *d. q. 30. nu. 136. 137. & nu. 138.*

Tertia cōcluſio † eſt, iuſtè captus, etſi omni 26
nò delicti innocēs ſit, nō poterit effracto car

cere,

cere; vel conſpiratione mediante aufugere; aliàs (ſecuto conſpirationis vel effractionis effectu) capite punietur, *ex l. ſi quis aliquid 38. §. miles. ff. de pœnis*, ibi: *Miles qui ex carcere dato, gladio erupit, pœna capitis punitur.* Concordat, *tex. in d. l. milites agrum, §. eius fugam*, ibi: *Eum tamen qui effracto carcere fugit, capite puniendum Paulus reſcripſit.* Extat etiam *tex. in l. 1. ff. de effractoribus & expilat.* ibi. *De his, qui effracto carcere euaſerint, ſumendum ſuplicium, Diui Fratres Emilio Tironi reſcripſerunt. Saturninus etiam probat, eos qui de carcere eruperunt, ſiue effractis foribus, ſiue conſpiratione, cum cæteris qui in eadem cuſtodia erãt, capite puniendos.* Quo tamen non ſecuto, ſed in effractione vel conſpiratione deprehenſus captus, iudicis arbitrio punietur, *d. l. in eos.* Explicat, & pœnam capitalem intelligit, la-
27 tiſsimè Farinacius, *d. q. 30. à num. 1.* Et † in Aragonia, ſi delictum ob quod carceris effractor captus erat, mortis pœnam mærebatur, ex ſola fuga cum fractione ad mortem condemnatur ſtatim abſque citatione, etſi delictum alias probatum non exiſtat; ſic practici, cum Molino, & Portoleſio, *verbo fractor*

*car-*

*carceris, ad dict. obſeruan. 2. de proditoribus.*

Poterit † tamen, hic iuſtè captus, ſi delicti 28
innocens omninò reperiatur, à carcere ſimpliciter aufugere abſq; illius effractione; vt ſi comentarienſis deſidia vel aliàs fugiendi occaſionem habeat. Nam etſi *text. in d.l.1.ff. de effractoribus*, mitiorem pœnam ſtatuat in fugientes cuſtodum negligentia, ibi: *Quod ſi per negligentiam cuſtodum euaſerint, mitius puniendos*, per Farinacium *d.q.30.num.* 159. & 160. Illud procedit, quando ſic fugiens verè delinquens erat; nam tunc vltra delicti probati pœnam, propter fugam puniendus eſt, licet mitiùs, quia qualitas fracturæ vel conſpirationis non interuenit. At verò quando ſic fugiens propter cuſtodum negligentiam, innocens omninò delicti eſt; ſecus iudico, cum nulla lege reperiatur diſpoſitum, vt innocens delicti ſic fugiens abſq; fractura aut conſpiratione; aliqua plectatur pœna. Li- 29
cet † non dubitem hoc caſſu, innocentem delicti ſic fugientē (vt pœnā omninò euadere poſsit) legitimè probare teneri innotiētiam ſuam. An autem probare teneatur, hoſtio aperto, vel cuſtodis negligentia aufugiſſe, an

verò

verò illud allegare ſufficiat: an per conſequēs an in dubio præſumatur fuga ſimpliciter, an verò cum qualitate, videas Farinacium, *d. q.* 30. *n.* 161. & *q.* 31. *n.* 28. 29. 30. 31. 32. & *n.* 33.

30 Quarta concluſio † eſt, iuſtè captum, iniuſtè tamen condemnatum, poſſe effractis carceribus impunè aufugere, etiam cum morte cuſtodum, ſi id neceſſum fuerit, per Lucam de Penna, *in d. l. prohibitum.* Paris de puteo *de ſindicat. verb. reſiſtentia num.* 21. *fol.* 9. Farin. & alij, *ſupra traditi*, Couarruu. *var. reſolut. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 12. & 13. quomodolibet enim ſuum ſanguinem redimere cuilibet licitum eſt, *gloſ. in can. ius gentium* 1. *diſtin. l.* 1. *ff. de bonis eorum, qui ante ſenten.* ibi: *Nam ignoſcendum cenſuerunt ei, qui ſanguinem ſuum qualitercunq; redemptum voluerit*, notandus etiam Caſaneus *ad conſuetud. Burgund. rubr.* 1. *de ſiuſtices*, §. 7. *verbo de ſimple recouſe n.* 7. & 8. Vbi non ſolum, inquit, per reſiſtentiam effugere quis poteſt iniuſtam cōdemnationem, verum & tertius cui nihil intereſt, poteſt per vim eripere eum, qui iniuſtè condemnatus eſt ad mortem, *ex gloſ. not. in can. non inferenda* 23. *q.* 3. & Bald. *in l. ab executore, C. quando appel-*

*appellat,non recip.* notat Ripa, *in l.admonendi, ff. de iure iuran. n.* 172. At cum non ſolum dānatus,ad mortē dicatur iniuſtè quando iudex malitiosè; abſque legitima probatione, non conſtito de delicto, de corporeve delicti,vel quoquomodo reum condemnat; ſed etiam quando iniuſtè captus condemnatur, vt *ſupr.diximus.* Merito in † conſciencia vnica concluſione tenendum eſt,iniuſtè condēnatū, non ſolū à carceribus fugere quomodocunq;poſſe, vt D.Tho.2.2.*q.*64.*art.*4.Couarru.*vbi proxi. n.*12.Farinac. *d.q.* 30.*n.*121. 31
Sed & teneri ad id(dum poteſt)ſub mortalis peccati reatu,ex D.Th.*vbi proxi.* Couar.*n.*7. *verſ.quā ob rem,* & *n.*10.*verſ.ſeptimo his animaduerſis,* Far.*d.q.*30.*n.*120.ex Plaça,*lib.* 1.*de delict.c.*23.*n.*6.Ratio eſt,quia nō fugiens (cū poſsit)à carcere,à quo iniuſtè ad mortem deducendus eſt,cum id ex quo neceſſariò mors ſequitur faciat; ſui ipſius homicida eſt. Et quod nō ſolū peccet, ſi iniuſtè condemnatus non fugiat,ſed quod etiā mereatur pœnā,tradit Far.*vbi proxi.n.*123.Quæ cōcluſio nō ſolū procedit ſimpliciter modo prædicto;verū † etiam ſi quis mediante iuramēto promittat 32

reddire ad carcerem in quo iniuſte detinebatur, vel condemnatus erat, aut iniuſtam condemnationem probabiliter expectabat; poterit abſque metu periurij & peccati ad eum non reddire, *gloſ. in Clemen. Paſtoralis, de ſenten. & re iud.* verbo *per violentiã, & ibi DD.* Seraphin. *in tract. de priuil. iura. priuil.* 132. *n.* 1. *& ſeq.* Iaſſ. *in l. admonendi, ff. de iure iuran. nu.* 175. & Ripa *in eadem, d. l. num.* 171. Abbas, Panormit. *in c. ſi verò extra de iure iuran. n.* 8. Azpelc. Nauarro *in manual. c.* 12. *nu.* 18. Couarru. *in d c.* 2. *num.* 7. ex multis Farin. *d. q.* 30. *num.* 67. 68. 124 *& ſeqq.* qui *nu.* 126. *&* 127. intelligit hanc concluſionem. Ratio autem quare nec peccet, nec iuramentum ſeruare teneatur, ea eſt; quia ex iuramenti obſeruatione exponeret ſe quis euidenti mortis periculo, ita ex *can. ſi non licet* 23. *q.* 5. per Farinac. *vbi proxi. n.* 126. *in fine*, & Couar. *d. n.* 7. *verſ. contrariam ſententiam*: Quod omninò prohibitum eſt, *can. innocẽs* 23. *q.* 4. ibi: *Quiſquis ergo ſe iuramento firmauerit aliquid factурum, quo vel corporalis, vel ſpiritualis ſalus adimatur, vel ſine quo vtraq; ſalus reparari, vel confirmari non poſſit; fidem promiſſam ſeruare*

pro-

*prohibetur, &c.* Quinimo ſi is cum probabili mortis periculo vt iuramentum ſeruaret, ad carcerem reuerteretur, peccaret vtique mortaliter, & grauiter quidem, ex ratione ſupra adducta, Couarruu. *vbi proxi*, eſt communis DD. ſententia, per Farinac. *vbi ſupr. num. 67. in fine*, ex Seraphino, *d. priuil. 132. num. 1. & ſeq.* Eſſet enim vitę ſuę iniquè prodigus: quã omninò ſeruare tenetur.

33 Concludamus † quæſitum tribus ad notatis. Primum eſt, iniuſtè in carcere detento vel condemnato, ius ab eo aufugiendi non competere, niſi de dicta iniuſtitia conſtet exactis, ita Farinac. *dict. quæſt. 30. num. 131.*

34 Secundum, † ante quam iniuſte captus ad fugam cum qualitatibus prædictis pergere queat, debet prius ( niſi periculũ aut damnũ irreparabile in mora ſit) iudicem adire & requirere, vt attentis prædictis ( probatis vel probandis) eum a carcere liberet. Nam prius quis ad viam iuris recurrere debet, antequam ad facti viam pergat; & dum remedium ordinarium adeſt, ad extraordinarium recurrendum non eſt, Caſaneus *ad Conſu. Burgun. d. rubr. 1. §. 7. verbo de ſimple recouſe num.* 10.

Cæterum cum à carcere fugere ſit ſe defendere;& omnis defenſio moderamen inculpatæ tutelæ requirat, *vt infr. lib.3.q.2.* meritò in hoc adhibendum quoq; eſt, ne quis vltrò ſibi ius dicat, ſi magiſtratus auxilium præſtò haberi poteſt, alias quod talis ſic fugiens puniendus ſit, tenet Farinac. *d. q.* 30. *num.* 133. ex Anto. Gomez, *tom.* 3. *tit. de homici. c.* 3. *nu.*

35 24. & alijs. ¶ Tertium, † iniuſtè condēnatus non poteſt fractis carceribus fugere niſi iudex malitiosè, & iuris ordine non ſeruato vel aliàs nulliter ſententiam dixerit. At ſi ſecundum allegata & probata ſententiam protulit, & ſi delicti innocens ſit, & illud probare queat, non poterit impunè effractis carceribus ab eis fugere, vel cuſtodes occidere, viden. Farinac. *d. q.* 30. *num.* 132. *ad finem,* & *num.* 134. Couarr. *d. c.* 2. *poſt numerum* 13.

Quæſi-

# Quæſitum IIII.

*Pro defenſione ſui occidens, an in totum inmunis ſit?*

## RECOPILLATIO.

*Defenſionem, non ſolum natura cunctis edocuit animantibus; ſed inſtrumenta ad eam exercendam conceſsit, nu. 1.*

*Ante defenſionem manualem, (niſi aliud expetat neceſsitas) prius verbis, & amica conuentione eſt vtendum, nu. 2.*

*Nemo ſibi ius dicere poteſt, ibid.*

*Hominem inſidiari homini, nefas eſt, ibid.*

*Vis, permiſſa vbi nec ius obtineri, nec magiſtratus auxilium preſtò haberi poteſt, num. 3.*

*Ocurrere eum tempore, tutius eſt, quã poſt damna illata remedium quærere, ibid.*

*Defendere ſe, non ſolum cuilibet per ſe licet; ſed & priuatorum adhibere auxilium, n. 4*

*Morſq; ſic in aduerſariũ illata, impunibilis, ibi.*

*Id quoq; ius ſuo modo in beſtÿs verſatur, ita quod animal occidens, noxæ nõ aſtringatur, n. 5.*

*Pro*

*Pro defenſione ſui occidens nec mortaliter peccat etiam ſi Clericus vel Religioſus ſit, ibi.*

*Nec irregularitatem incurrit, tam quoad ſuſceptos, quã quoad ſuſcipiendos ordines, ibid.*

*Etiam ſi celebrando, dimitat ſacrificium, & agreſorem occidat ſtatim miſſam continuare poteſt, num. 7.*

*Ob defenſionem ſui, homicidium commiſſum in Eccleſia, eam non poluit, num. 8.*

*Ob defenſionem ſui, laycus occidens Clericum, non incidit in canonem, etſi modum in defenſione exceſſerit, ibid.*

*Statutum homicidium puniens generaliter, non intelligitur de homicidio facto ad propriam defenſionem, num. 9.*

*Et in hoc Regno ſic occidens, nec homicidij caloniam ſoluit, num. 10.*

*Homicidium non præſumitur commiſſum ob ſui defenſionem, nu. 11.*

*Contrarium tenent alij, num. 12.*

*Declara tamen vt, nu. 13.*

*Ad probandum homicidium ad ſui defenſionem factum fuiſſe, ſufficiunt præſumptiones, & probationes per coniecturas, num. 14.*

*Quæ iudicantis arbitrio relinquuntur, ibidem.*

*Cum*

*Cum conſtat de agreſore, tunc eo ipſo cenſetur probata defenſio, ibid.*

*Defenſionis intuitu poſſum occidere quenquam ſi famulis ſuis iubeat vt in me irruãt, n. 15*

*Et etiam illum qui coram iudice, me de enormi delicto falsò accuſat, num. 16.*

*Et illum qui mihi parat inſidas, vt me in cautum inſciumq; perimat, nu. 17.*

*Amplia vt. ibid.*

*Uxor ob ſui defenſionem, poteſt preuenire & maritum occidere, cum ſcit maritum ſub lecto vel alio loco pugionem habere vt noctu illam occidat, ſi aliàs periculum euitare non poteſt, num. 18.*

*Defenſionis intuitu, poſſum occidere illum; qui iam eſt contra me coniuratus, egitq; cum ſicarijs vt me occidant, nu. 19.*

*Intellige tamen vt, ibid.*

*Idem dicendum eſt de minato intuitu defenſionis contra minantem, nu. 20.*

*Limita tamen vt, ibid.*

*Intellige niſi de minis ad acta tranſeat, nam tunc licitè minator occiditur, nu. 21.*

OMnibus † quidem animantibus, non ſolum natura defenſionem edocuit; ve- 1

rum

rum etiam inſtrumenta ad eam faciliùs exercendam conceſſit. Maximè vt cornua Tauris, Vnicornis, Hircis: vnges Aquilis, Leonibus, Tigrib⁹, Æluris: dẽtes, Aperibus, Lupis, Canibus. Timidiora autẽ animalia, & ſi inermia fecit; ad velocitatem tamen comparata, vt Lepores, Cuniculos, Vulpes, &c. Homini etiam, cum à principio ei animantia omnia ſubiecta erant, & ad ipſius ſeruitium à Deo creata; Geneſ. *cap.* 1. Pſalm. 8. *verſ.* 6. nec alijs quam inter ſe homines certare poterant, primitùs rationem conceſſit, qua hominum iniuſtis petulẽtijs ocurreret; etſi opus foret vires ad aliorum vires reppellendas porregit.

2 Igitur † prius verbis & amica conuentione vtendum eſt; & ſi damnum imminens dilationem patiatur, iuris remedia adhibenda Oſual. ad Donel. *lib.* 17. *comen. c.* 2. *lit. C.* Legum enim reperta eſt via & ſacra reuerentia, vt nihil manu, nihil proprio ageretur impulſu Alexan. Trenta. *lib.* 1. *reſol. tit. de re iud. reſ.* 5. Matheo Stephano, *lib.* 1. *de iuriſdictio c.* 34. Nullum quidem ius ſibi dicere poſſe, decretum Imperatorum Valentini, & Gratian. extat *in l. vnica, C. ne quis in ſua cauſ. iudicet l.*

*Iu-*

*Julianus* 17 *ff. de iudicijs*. Sin verò neceſsitas talis ſit, vt anticipare cogat, vtendum armis eſt, & naturali defenſioni occurrendum Donel. Enucle. *dict. libr*. 17. *coment. c*. 2. *lit*. C. *&* *D*. Et ſi opus fuerit cum alterius offenſione: nam cum natura inter omnes cognationem quandam conſtituerit, inde euenit hominem homini inſidiari nefas eſſe, ſic Iuriſconſultus Florentinus, *in l. vt vim* 3. *ff. de iuſt. & iur*. Menan. *apud ſtobeum ſerm*. 8:
*Nemini iniuriam facere omnes homines decet.*
Et vlterius
*Jniuriā nulli facere; ò Laches didiciſſe in vita,*
*Studium eſt iudicato ciuile:*
*Nihil iniuriari parit humanitatem.*
Vis enim † vbi nec ius obtineri, nec magiſtratus auxilium preſtò haberi poteſt, omni iure permiſſa, Donelus *vbi proximè, & ibi* Oſual. *d. lit*. G. *l*. 1. C. *quando liceat ſe vindicare*, Bal. *in c. olim de reſcriptis n*. 2. Math. Stephan. *vbi ſupra d. cap*. 34. *num*. 21. Vueſembec. *in paratil. tit. de iuſt. & iure*; *n*. 15. *in fine*. Lex ſiquidem (inquit) gladium priuato, in caſſu defenſionis tradit: quia in illa neceſsitate, auxilium magiſtratus preſtò haberi non poteſt, *d. l*. 1. C. 3

*quando liceat, l. 4. ff. ad leg. aquil.* cum alijs, Quintilian. *lib. 5. inſtit. orator. cap. 14. poſt medium.* Meliùs quidem eſt, vt vulgo dici ſolet, cum tempore occurrere, quam poſt vulnera illata remedium quærere, *d. l. 1. l. vltima in fine, C. in quibus cauſis in integrum reſtit. non eſt neceſ.* Oſual. ad Donel. *d. c. 2. lit. E.* Zeballos, *tom. 4. concluſ. 1. ſiue 897. num. 464.* Felin. *conſ. 50. n. 14.* & vt communi ore profertur.

*Principijs obſta, ſerò medicina paratur*
*Pulchrius eſt ſano prohibere à corpore morbum,*
*Ægrotum medica quam recreare manu.*

4 Nec † ſolum cuilibet ſimpliciter ſe defendere, omni iure conceſſum eſt; ſed etiam auxilium priuatorum adhibere, Paul. Caſtr. *in l. refectionis nu. 4. ff. comun. prædiorum*; morſq; ſic à defenſore in offenſorem illata, omni quoq; iure permiſſa & impunibilis, *l. is qui agreſſorem, C. ad legem Cornel. de Sicar. d. l. 4. & l. 5. l. ſcientiam 45. § qui cum aliter, ff. ad leg. aquil. l. 1. §. item diuus, ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, l. 1. C. vnde vi, l. 1. §. eum qui ff. de vi & vi armata, cap. ſignificaſti 18. in fine, extra de homicidio voluntario*, Antonius Gomez, *to. 3. c. 3. n. 20.*

*n.* 20. *& ſeq.* Peguera *deciſ. Cathaloniæ* 78. *nu.* 20. *p.* 1. Math. de Aflictis *ad conſtit. Neapol. lib.* 1. *rubr.* 13. *de homicidijs num.* 1. Oſuald. ad Donel. *lib.* 17. *coment. c.* 2. *lit.* F. Azpelcueta Nauarro, *in* 2. *p. decretal. c.* 15. *num.* 3. Petrus Cenedo *in Colectaneis p.* 2. *Colectan.* 96. *nu.* 2. *& p.* 3. *Colectan.* 17. *nu.* 5. *& practicarum quæſtionum, c.* 24. *num.* 3. *in fine.* Et in Aragonia extat *forus vnicus in fine, tit. de his qui procurant mortem*, ſic per Molinum inductum, *in verbo defenſio in prin. & verſ. defendendo, fol.* 91. Eſtq; indubitata iuris concluſio, omniũ etiam gentium more, & conſuetudine recepta, vt per Iulium Clar. *in pract. §. homicidium num.* 19. vbi Baiardus *à nu.* 71. Couar. *in Clement. ſi furioſus p.* 3. *§. vnico in princ.* Conducit illud M. T. Ciceronis, *pro Sex. Quos homines*, ait, *ſi (id quod facile factu fuit, & quod fieri debuit, quodq; a me optimi, & fortiſsimi cibes flagitabant) vi, armiſq; ſuperaſem, non verebar, ne quis aut vim repulſam reprehenderet, aut perditorum cibium, vel potius domeſticorum hoſtium mortem mæreret.* Id † ipſum quoq; ius 5
ſuo modo verſatur in beſtijs: Nam ſi animal tuum ab alterius animali fuerit inuaſum, &

*quando liceat, l. 4. ff. ad leg. aquil.* cum alijs, Quintilian. *lib. 5. inſtit. orator. cap. 14. poſt medium.* Melius quidem eſt, vt vulgo dici ſolet, cum tempore occurrere, quam poſt vulnera illata remedium quærere, *d. l. 1. l. vltima in fine, C. in quibus cauſis in integrum reſtit. non eſt neceſ.* Oſual. ad Donel. *d. c. 2. lit. E.* Zeballos, *tom. 4. concluſ. 1. ſiue* 897. *num.* 464. Felin. *conſ. 50. n. 14.* & vt communi ore profertur.

*Principijs obſta, ſerò medicina paratur*
*Pulchrius eſt ſano prohibere à corpore morbum,*
*Ægrotum medica quam recreare manu.*

4 Nec ſolum cuilibet ſimpliciter ſe defendere, omni iure conceſſum eſt; ſed etiam auxilium priuatorum adhibere, Paul. Caſtr. *in l. refectionis nu. 4. ff. comun. prædiorum*; morſq; ſic à defenſore in offenſorem illata, omni quoq; iure permiſſa & impunibilis, *l. is qui agreſorem, C. ad legem Cornel. de Sicar. d. l. 4. & l. 5. l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter, ff. ad leg. aquil. l. 1. §. item diuus, ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, l. 1. C. vnde vi, l. 1. §. eum qui. ff. de vi, & vi armata, cap. ſignificaſti 18. in fine, extra de homicidio voluntario*, Antonius Gomez, *to. 3. c. 3. n. 20.*

*n.* 20. & *ſeq.* Peguera *deciſ. Cathaloniæ* 78. *nu.* 20. *p.* 1. Math. de Afflictis *ad conſtit. Neapol. lib.* 1. *rubr.* 13. *de homicidijs num.* 1. Oſuald. ad Donel. *lib.* 17. *coment. c.* 2. *lit.* F. Azpelcueta Nauarro, *in* 2. *p. decretal. c* 15. *num.* 3. Petrus Cenedo *in Colectaneis p.* 2. *Colectan.* 96. *nu.* 2. & *p.* 3. *Colectan.* 17. *nu.* 5. & *practicarum quæſtionum, c.* 24. *num.* 3. *in fine.* Et in Aragonia extat *forus vnicus in fine, tit. de his qui procurant mortem*, ſic per Molinum inductum, *in verbo defenſio in prin.* & *verſ. defendendo, fol.* 91. Eſtq; indubitata iuris concluſio, omniũ etiam gentium more, & conſuetudine recepta, vt per Iulium Clar. *in pract.* §. *homicidium num.* 19. vbi Baiardus *à nu.* 71. Couar. *in Clement. ſi furioſus p.* 3. §. *vnico in princ.* Conducit illud M. T. Ciceronis, *pro Sex. Quos homines*, ait, *ſi (id quod facile factu fuit, & quod fieri debuit, quodq; a me optimi, & fortiſsimi cibes flagitabant) vi, armiſq; ſuperaſem, non verebar, ne quis aut vim repulſam reprehenderet, aut perditorum cibium, vel potius domeſticorum hoſtium mortem mareret.* Id † ipſum quoq; ius ſuo modo verſatur in beſtijs: Nam ſi animal tuum ab alterius animali fuerit inuaſum, & 5

id ſe defendendo alterum occiderit; non teneris animal tuum noxæ dedere, eſt *text. in l.* 1. *§. cum arietes, ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur*, Anton. Gomez *d. cap.* 3. *num.* 20.

¶ Ex theologis noſtram principalē ſententiam ſequntur (cum moderamine inculpatæ tutelæ, de cuius requiſitis *infr. lib.* 3. *q.* 1.) omnes, cum D. Thom. *d. q.* 64. *art.* 7. Victoria *in relectione de homicidio nu.* 17. Leonardus Leſius *de iuſt. & iur. lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 8. *per totum*, Dominicus Soto, *lib.* 5. *de iuſt. & iur. q.* 1. *art.* 8. *per totum*, *& art.* 2. *poſt principium*, Sentit Diuus Auguſtinus *q.* 84. *in Exod.* Nauarro *p.* 2. *decret. c.* 15. *de quinto præcepto decalogi nu.* 2. *verſ. tertio*, ex Caietano *ſup. d. q.* 64. *artic.* 7. & alijs, Pater Layman, *de theologia morali, lib.* 3. *ſectio.* 5. *tract.* 3. *part.* 3. *c.* 3. *num.* 1. Pater Ludouicus Molina, *tract.* 3. *de iuſt. & iure, diſput.* 11. Cardinalis Franciſcus Toletus, *in*
6 *ſuma lib.* 1. *c.* 80. *num.* 4. Nec † occiſor mortaliter peccat, Nauarro *vbi proximè verſ. quintò*, cum in foro conſcientiæ licita ſit huiuſmodi occiſsio, vt ex communi opinione, & receptiſsima theologorum ſententia, refert Clarus, *d. §. homicidium num.* 19. *in fine.* Tur-

ret.*conſ.*61.*num.*1.*lib.*2. Anan. *conſ.*7.*num.*1 alios refert Carolus de Graſis,*in tract.de effectib.Clericor.effect.* 9. *num.* 239. & 250. Ita contra Vgonem,Silueſter,*in ſuma, verbo bellum* 2. *num.* 5. Couarruu. *vbi ſupra*: Etiam ſi Clericus vel Religioſus ſit,Toletus, *dict.cap.* 80.*num.*5.Leſius *vbi proximè dub.*8.*num.*44. Silueſter *vbi prox.*nec irregularitatem incurrit,Nauarro *d.loco*, Toletus *vbi ſupr. d. num.* 4.tam quo ad ſuſceptos , quam quoad ſuſcipiendos ordines,Couarruu. *vbi prox.* Petrus Dueñas , *regul.*192. *in lib.*4.*regul.iuris verbo defenſio, ampliat* 6.*tom.*1. Graſis *vbi prox.nu.* 241.& 251.plures referens , ( videndus circa hunc punctum irregularitatis, Petrus Cenedo , *pract. quæſtion. capit.* 24.*per totum.*)

7 Quin † immo , etiam celebrando ſi inuaſus fuerit , poteſt inuaſorem occidere, & poſtea reuerſus miſſam continuare, Abbas Panorm. *in c. Clerici el primero , num.* 2. *extra de vita & honeſtate Cleric.* Ioan.de Lignano , *tract. de iuſto bello capit.* 85. Marian. Soccinus , *in repet.cap.ad audientiam , numer.* 40. *extra de homicidio* , Hypolitus *in d. l. is qui agreſſorem nu.*3. Decius *in l.vt vim n.*8.*ff.de iuſt.& iur.*

Baiar-

Baiardo ad Iulium Clar. *in §. homicidium nu.* 76 Sebaſtian. Medicis, *regul. 8. in d. lib. 4. regu lar. iuris verbo defenſio ampliat. 2.* Abbas *in c. ſicut dignum de homicidio*, Carrer *in pract. § 5. num. 27.* Simon de Pret. *conſ. 36. num. 16. lib. 2* Marſil. *in l. 1. num. 32. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & in conſ. 4.* Carolus de Graſis, *d. effec. 9. num. 241.* Silueſter, *in ſuma verbo bellum n. 5. ad finem*, Petrus Cenedo *d. q. 24. nu. 4.* Et non ſolum hodie ex diſpoſitione dictæ Clementinæ *ſi furioſus*; ſed etiam olim ante dictam Clementinam tales occiſores nec irregulares fiebant, ita *ex c. ſi verò el primero, de ſenten tia excommunic. & c. ſignificaſti el ſegundo, de homicidio*, Pater Leſius *d. dub. 8. num. 52.* (Sed quod Clericus hoc caſſu irregularis non fiat, limita, *vt infr. lib. 3. q. 1 & q. 2.*) Nec homici-
8 dium † ad ſui defenſionem commiſſum, ſi in Eccleſia factum fuerit, eam poluit, *gloſ. prima in c. vnico de conſecrat. Eccleſiæ vel altar. lib. 6* Panormitan. *in c. propoſuiſti, n. 2. eod. tit.* Mantua *ſingular. 397.* Similiter etiam layci, ſi Clericum inuaſorem occiderint, *in canon.* ſi quis ſuadente diabolo, non incidunt, *gloſ. in c. felicis, de pœnis in 6.* verbo *percuſerit*, Plaça *de de-*

*lictis*

*lictis lib.1.c.28.num. 7. verſ.tertio illud.* Curtius Senior *conſ.2.num.* 29. Carolus de Graſis,*d.effect.9.num.*247. Maceraten. *var.reſol. lib.3.c.26.num.*1. Iul.Clarus,*d.§.homicidium, num.* 23. cum Couarruuia à ſe relato, *libr.2. var.c.*10.*poſt num.*8.vbi ampliat,etiam ſi laycus in ſe defendendo modum exceſerit,dummodo ex propoſito id non faciat, per *gloſam* communiter approbatam ( vt ex Socino refert)*in d.c.ſignificaſti*, verbo *tutelæ*,ſequitur Graſis,*vbi prox.nu.* 245. Ratio ſiquidem quæ ab omnibus aſignatur, ea eſt ; quòd occiſſus is hoc in caſſu,non ab occidente, ſed à ſe ipſo interemptus videtur Abbas, *in c.Clerici, de vita & honeſt.Cleric. n.*2.

Eo vſq; defenſio † procedit, quod etiam ſtante ſtatuto indiferenter diſponente, homicidium aliqua pœna puniendum eſſe ; talis ad ſui defenſionem occidens, nullatenus comprehendetur, Baiardo, *d. §.homicidium n.*75.per Bald.*inter conſ. crimin.conſ.*19.*n.*8. *tom.*1.Cardinalis Tuſcus,*pract.concluſ.lit.D. concluſ.*129.*nu.*21.cum occidens is, nec maleficium commiſiſſe dicatur,Graſis, alios referens, *d. effect.9. num.*242. Nam ſtatutum, 9

etiam

etiam expreſsè, hanc defenſionem tollere nõ
10 poteſt. Et in † noſtro Regno, non ſolum occidens pro ſui defenſione non tenetur aliqua pœna; verum nec homicidij caloniam ſoluit, *obſ.* 1. *tit. de forma diſidamenti, obſ. item ſi aliquis, tit. de homicidio*, per Molinum, *d. verbo defenſio in princ.*

11 Probatio † tamen neceſſaria eſt, vt credatur homicidæ, vt ſui defenſori: Nam homicidium non præſumitur fuiſſe commiſſum ad defenſionem ſui, Abbas *in cap. cum veniſſent num. 7. de inſtit.* Felinus *in cap. ſignificaſti, el ſegundo, de homicidio, num.* 14. *in fine*, per Bald. *in cap.* 1. *de pace iuram. firm.* Thom. Gramat. *voto* 2. *num.* 1, *in fine, & num.* 5. Molinus noſter, *dict. verbo defenſio in prin.* per tex. *in l.*
12 1. C. *ad leg. Cornel. de Sicarijs.* Contrariũ † autem, nempe quod homicidium in dubio factum ad ſui defenſionem cenſeatur, tenet Philippus Decius, *conſ.* 678. *num.* 7. *& conſ.* 459. *nu.* 4. *& conſ.* 469. *nu.* 11. *vol.* 2. ex Angelus Aretinus, *in §. ius autem gentium verſ. nam in dubio, inſtit. de iure naturali*, notat Bal. *conſ.* 328. *in fine, lib.* 2. Corneus *conſ.* 162. *incip. in hac conſultatione, lib.* 1. Andreas Alciatus,

tus *de præſumptionibus lib. 3. cap. 39. ad finem,* Gracera *conſ.* 151. *num.* 18. Bertazol. *conſ.* 31. *nu.* 9. Soccinus Senior, *conſ.* 135. *num.* 1. & 2. Barb. *conſ.* 87. *num.* 16. Oſual. ad Donel. *lib.* 17. *comen. c.* 2. *lit. G. in fine.* Nam vltra quod in dubio non præſumuntur delicta, Iacob. Menoch. *trac. de præſumpt. lib.* 5. *c.* 35. *n.* 8. per tex. *in l. merito ff. pro ſocio,* pro reo ſemper eo caſ ſu iudicandum eſt, Decius, *vbi ſup. prox.*

Veritas tamen hæc. Non † eſſe neceſſariā defenſionis probationem in ſpecie. Sat quidem eſt probare ſimpliciter, ſe ad ſui defenſionem homicidium perpetraſſe, ita ex Baldo *in l. ſolam, poſt num.* 11. *C. de teſtibus,* & Carrer, qui ſic communiter ab omnibus teneri atteſtatur, Iul. Clarus, *d. §. homicidium, num.* 26. Maſcardo *de probatio. concluſ.* 190. *num.* 6. & *num.* 16. teſteſq; ſic ſimpliciter deponentes, homicidium ad defenſionem factum eſſe, ſatis probant, licet aliam non adducant rationem, Decius *conſ.* 469. *n.* 5. & 10 *lib.* 2. per Bald. *in d. l. ſolam, verſ. ſecundo quæritur.* Etiam ſi de credulitate, per verbum *credo*, deponant, dicentes: occiſionem ad ſui defenſionem factam eſſe ſuo videri, Nicolaus 13

Boerius *deciſ.*164.*nu.* 17. Corneus *conſ.*134. *num.*6.*lib.*8.& *conſ.*262.*num.*3.*lib.*1. Burſat. *conſ.*116.*num.*25. Alex.*conſ.*76.*n.*5. & *conſ.* 109.*num.*8. *vol.*2. Angelus *tract. de maleficijs* verbo, & *Titius ſe defendendo num.* 16. Et etiam ſi teſtes inhabiles ſint, Craueta *conſil.* 119.*num.*9. videndus Oſual. ad Donel. *lib.*17 *coment. cap.*2. *lit. L. verſ. de probatione*, vbi ali-
14 quos refert. Finaliter † enim defenſionis probatio per præſumptiones, & coniecturas admittitur, Angelus *vbi prox. num.* 14. & 16. Boerius *d. deciſ.*164.*num.*17. Gramat. *conſ.*56. *num.*21. Gomez *de homicidio, vbi ſupr. n.*27. Quæ an ſuficiẽtes ſint, iudicantis arbitrio relinquntur, Gramat. *vbi prox. nu.* 22. & *conſ.* 19.*num.* 10. Boerius *vbi proximè, num.*17.*in fine*, ex Corneo *conſ.*162. *vol.*1. & *conſ.*134. *lit. D. lib.*4. Ioſeph. Maſcardo *de probatio. concluſ.* 490. & 491. vbi de defenſionis probatione etiam per coniecturas, & præſumptiones. Verum tamen eſt quod conſtito de agreſſore, eo ipſo probata cenſetur defenſio, Angelus Aretinus, *in d.* §. *ius autem gentium nu.* 5. *inſtit. de iure naturali*, & *tract. de maleficijs d. verbo*, & *Titius ſe defendendo, nu.*15. Clarus,

tus, *vbi ſupr. num. 26.* Iaſſon *in l. vt vim, nu. 9. ff. de iuſt. & iure:* Vbi ex ipſo (ait) quod probo, quod aliquis veniebat contra me cum cultello vel enſe, & ego occidi eum, dicor probaſſe quod feci ad defenſionem meam & ſuum excuſatus. Videndus latè de hoc, & qualiter probetur vel præſumatur defenſio, Tuſcus *practic. concluſ. lit. D. cap. 134. per tot.* Nec ommittendus Alexan. trentacinq; *pract. reſol. lib. 1. reſol. 1. de defenſione à num. 19.*

Nec † defenſionis priuilegiũ tam ſtrictè 15
accipiendum eſt, vt ſolummodo inuaſorem occidere liceat. Quin immo, ſi tu ſeruis vel famulis tuis iuſeris vt in me irruant, eoſq; ad id ſtatim faciendum ſuaſeris vel cogeris: poſſum te iure occidere, vt ſic ab agreſionis periculo liber euadam; ſic Pater Leſius, *d. tract. de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 9. dub. 8. numer. 46. in princ.*

Nec † diſpar licentia, defenſionis fauore, 16
conceditur contra eum qui me coram iudice, de enormi delicto falsò accuſat, vel de quolibet alio crimine, ſubornatis ad id teſtibus, cuius occaſione vita mea in diſcrimine ponitur. Poſſum ſiquidẽ dum aliud periculi

euadendi remedium non extat, calumniatorem illum occidere. Tunc enim gladio iudicis me perimere tentat. Quæ ergo diuerſitas, quòd quis ſuo, an verò alieno gladio me occidere cupiat? Iuxta illud Reg. 2. *c.* 12. *verſ.* 9. *Vriam Hetheum percuſiſti gladio; & vxorem illius accepiſti in vxorem, & interfeciſti eum gladio filiorum Ammon*, ita ex Nauarra, Caietano, & alijs, Pater Leſius, *vbi proximè n.* 47.

17 Eodem † itinere graditur defenſionis indultum; quòd ſi quis mihi paret inſidias, & ſpectet vt me incautum & inſcium perimat; præuenire quidem illum poſſum & interficere, vt ex *gloſ. in l.* 1. *verbo moderatione, C. vnde vi*, Iulius Clarus, *d. §. homicidium, num.* 29. quam ſententiam ex communi Doctorum iuditio approbatam eſſe ait, ex Plaça *de delictis lib.* 1. *c.* 21. *n.* 12. Layman, *vbi ſupr. d. tract.* 3. *p. c.* 3. *nu.* 1. *verſ. his adde primo*, ex Nauarra, & Ioanne Fabro cum alijs, videndus Dueñas, *reg.* 192. *ampliat.* 3. vbi, non ſolum ait, habet locum hoc quando mortis periculum imminet; ſed etiam quandocunq; imminet periculum alicuius iniuriæ perſonalis, ita ex Bart. Alexand. Iaſſ. & alijs. Si enim qui præparat

offen-

offendere, poteſt impunè offendi, Clarus, *vbi proximè num. 26. ad finem*; qua maiori ratione is qui iam præparatus eſt, etiam inſidijs? Cicero pro milone. *Obliuiſci non poteſtis iudices, inſidiatorem iure interſici poſſe*, refert Couarru. *in repet. Clementinæ ſi furioſus, de homicidio, p. 3. §. vnico num. 2. verſ. ſecundò in fine.* ¶ Hinc hoc procedit † abſque dubio, 18
quòd ſi maritus pugionem ſub lecto, vel alio loco reconditum habuerit, vt noctu vxorem interficeret: poterit ipſa præuenire & maritũ occidere; ſi tamen aliud non ſupereſt remedium, vel ipſa aliàs periculum euitare nõ poteſt; vt quia maritus eam obſeſſam & clauſam in cubiculo habet: Sic Martinus Nauarro Azpelcueta, *in 2. p. decret. cap. 15. de quinto præcepto Decalogi, num. 3. verſ. credimus autem*, ſequitur Leſius *dict. dub. 8. num. 45.* ex Corduba, *lib. 1. q. 38.* videndus Pater Soto, *de iuſt. & iure, lib. 5. q. 1. artic. 8. circa medium, verſ. faciamus ergo.*

Eadem ſit † ratio de illo qui iam eſt coniu 19
ratus in meam necem, egitq; cum Sicarijs vt quam citiùs, opportunitatẽ quærerent & me occiderent. Licitum quidem mihi eſt præuenire,

nire, illumq; qui ita vitæ meæ inſidiatur, occidere, Pater Leſius, *d.cap.9. dubit.8. num.46.* Non enim teneor (aſſerit) perpetuò me intra domum concludere, vel in exteras regiones concedere. Sed hoc intelligas velim cum Iulio Claro, *vbi ſupr.d.num.* 29. & etiam illud; ſi ex dictis inſidijs & coniuratione, adeò periculum tale præſens immineret, quòd non tutò ſatis vitari valeret ni inſidiatore occiſſo, Layman, *vbi ſupr.d.num.* 1. *verſ. his adde primò.* Si autem inſidiator ipſe, aut comprehendi, aut vitari poſſet, aut aliàs monitionibus aliquibus adhibitis, deſiſtere aut quieſcere potuiſſet: non dubitarem homicidam extraordinaria aliqua pœna puniendum, Clarus, *vbi prox.d.num.*29. Leſius *vbi ſupr.* Huic enim opinioni non multum fauendum eſt, tum ob periculum abuſus, tum & etiam quia raro ad hunc caſſum peruenitur, vt non aliquod mortis euitandę inueniamus remediũ; maximè in hac Cæſarauguſtana ciuitate; vbi inuictiſsimus noſter Dominus, & Rex Philippus Quartus, iuſtitiæ integerrimus ſectator, ſuorum Regnorum magni tranquilitatem pendens; eos Magiſtratus, Senatores, ac

iudices ellegit; quibus ſemper totius Reipublicæ quietem ac curam, maxima beneuolentia complexam vidi.

Idem † dicendum credo de minato reſpe- 20
ctu minatoris. Nam etſi hic illum iure occidere poſsit, quando talis minans ſolitus eſt ſuas executioni mandare minas, vt per Caſtren. *in l.* 1. *C. quando liceat ſine iud. ſe vim.* Azpelcueta Nauarro, *d. cap.* 15. *num.* 3. *verſ. non tamen,in fine*, Angel. Aretin. *in §. ius autem gentium, numer.* 5. *inſtit. de iure naturali*, Math. de Afflictis, *ad conſtit. Neapol. libr.* 1. *rubr.* 8. *de cultu pacis num.* 52. Bartholomeus Caſaneus, *ad conſuetud. Burgundiæ, rubr.* 2. *desfiedz*, §. 1. verbo *ou à la perſonne, num.* 14. & 15. Petrus Dueñas, *in reg.* 192. *ampliat.* 4. *in lib.* 4. *regular. iuris* verbo *defenſio*, *tom.* 1. Quia tũc ad minati propriam defenſionem, minans occiſſus cenſetur. Tamen multum eſt proſpiciendum, ne vulgus hac opinione abutatur. Audiamus Oſualdum ad Donel. *lib.* 17. *comen. cap.* 2. *lit.* O. Peccant verò Doctores (ait) dum *ex d. l.* 1. eliciunt quemuis inimicum pribatum, qui necem alicui minatus eſt, poſſe vel in ipſo articulo minarum, vel

vel cum comodum erit ab aduerſario præue niente necari. Quod nec ab Imperatoribus, *in d.l.* 1. ſomniatum eſſe, ſibi prouabile ait. Si enim facile magiſtratus auxilium adiri poteſt, qui aut ſecuritate, aut aliàs oppreſſos liberare curat; qua ratione quiſq; ius ſibi dicet? Niſi neceſsitas tam vrgens ſit, quod de minis ad acta tranſeat; Iaſ. videndus, *in l. vt vim, num.* 14. *ff. de iuſt. & iur.* ex Bald. *in l. vnica in fine, dict. tit. C. quando liceat ſine iud.* Oſuald. ad Donel. *d. lib.* 17. *c.* 2. *lit. E.* vbi. Solæ tamen minæ (ait) non ſufficiunt, niſi adoriens ſit in actu eas iam in effectu mittendi, gladium ſtringēdo, &c. Zoan. *defenſ. tripart. p.* 2. *num.* 48. Vueſembec. *in l.* 1. *C. quando li-*
21 *ceat ſine iud: num.* 9. Poſſet † etiam hoc caſu, ſi minans ſpectaret ſocios venientes ad offendendum minatum, quia tunc dicitur facere ad ſuam defenſionem, ſic Cardin. Tuſcus, *pract. concluſ. lit. D. c.* 129. *in fine.*

LIBER

# LIBER TERTIVS.

## Quæſitum I.

*Pro defenſione vitæ, an mediatorem, aut innocentem occidere liceat.*

### RECOPILLATIO.

*Innocens pro vitæ defenſione occidi non poteſt; cum Deus ſolus, in innocentis vitam poteſtatem habeat, nu.* 1.

*Abſq; innocentium periculo, quando nocentes interfici non poßunt, propter illos, his eſt parcendum, num.* 2.

*Innocens illicitè occiditur, quocunq; bono fine, & quacunq; humana auctoritate, num.* 3.

I*nuaſſus qui non ſe poteſt tueri aliter quam quod apprehenſo Titio, eo vt clypeo vtatur, ſi Titius occidatur, tenetur de innocentis morte ex* Felini *ſententia, num.* 4.

I*nnocens aut mediator occidi poteſt pro vitæ propria defenſione, quando quis ſe ab inſultante aliter defendere non poteſt, nu.* 5. *&* 19.

 *Media-*

*Mediatorem aduenientem, vt pacem reponat inter me & agreſorem, poſſum iure occidere, ſi in medio conſtitutus, meæ obſit defenſioni, nu. 6.*

*Demens vel ebrius ſi obſtent meæ defenſioni, vt quia me fugere impediant, ob quod ſum in in vitæ periculo cõſtitutus, poſſunt occidi, 7*

*Ratio tradditur, num. 8.*

*Reſpondetur argumentis contrarijs, & felini opinioni ſupra adductæ, num. 9. 15. & 20.*

*Et intelligitur ac interpratatur, num. 10.*

*Auguſtini Arimin. diſtinctio, notatur, nu. 11.*

*Inuaſus, ſi dum ſe poterat defendere, retro hominem ſe abſcondat, & is fuerit ab agreſore occiſſus, an teneatur, num. 12.*

*Quid ſi fugere poterat, num. 13. & ſeq.*

Text. in l. ſcientiam, §. qui cum aliter, ff. ad leg. aquil. interpræatatur, *num. 15.*

*Defenſor ſi caſsù tertium occidat innocentem non tenetur pœna, num. 16.*

*Intellige vt, nu. 17.*

*Agreſſor ſi dum cupit aduerſarium occidere, tertium aliquem occiderit, qua pœna teneatur, remiſsiuè, nu. 18.*

*Vteri geſtatio, poteſt eſſe matri occaſsio periculi, n. 21.*

*Tra-*

*Traduntur accidentia ob quæ vi geſtationis vteri,mater periclitari poſſit,num.22.*

*Probatur hæc veritas auctoritate Hypocratis, num.23.*

*Dificultas quæſtionis duplici ſenſu exponitur, num.24.*

*Explicatur opinio Leſij,vt clarior fiat quæſtio, nu.25.*

*Opinio Leſij ex parte amplectitur, num.26.*

*Alia pars Leſij proponitur,nu.27.*

*Tertia Leſij aſertio, proponitur, nu.28.*

*Senſus dificilis Leſij exponitur, & quid ſequendum affirmatur,num.29.*

*Prima aſſertio noſtra proponitur, & auctoritatibus & ratione ſuadetur, num.30.*

*Medici à vulgi calumnia liberantur, num.31.*

*Præceptum practicum medicorũ adducitur,32.*

*Hoc præceptum exploditur auctoritate Hypocratis & Cardani,num.33.*

*Firmiſsimis rationibus præceptum infirmatur, nu.34.*

*Quid ignorarunt auctores dicti præcepti , n.35.*

*Semper eſſe matri periculoſiſsimum aborſum contra opinionem medicorum & vulgi, auctoritate,& ratione probatur, num. 36.*

1 QVod vitæ † noſtræ inſidiatorē, ac in nos mortem curantem inflingere, æquiſsimum omniq; iure approbatum exiſtat, perimere; quid mirum? Iuſtum quidem peccati ſupplicium. Verùm quod innocens etiam in caſſu defenſionis perimi iure poſsit; non modicam mihi dificultatem parat; maxime exiſtente præcepto Exod. *c. 23. verſ. 7. Inſontem & iuſtum* (ita Dominus) *non occides.* Igitur & ſi innocentis mors ſit medium neceſſariū ad ſe quem defendendum, & vitæ periculum excuſandum; nullatenus talis innocens perimendus eſt: Nā ſolum Deus in innocentis vitam póteſtatem habet, vt P. Soto, *tract. de iuſt. & iur. lib. 5. quæſt. 1. artic. 7. verſ. nam*
2 *vt ſuperius.* Si enim † certum eſt abſtinendum eſſe à nece, quando nocentes abſque innocentium periculo interfici non poſſunt, ex P. Soto, *dict. quæſt. 1. artic. 2. in reſponſ. argumen. in princ.* Maiori rationi hoc in caſſu abſtinendum eſt, vbi non ſolum periculum verſatur; verum clarè innocentis mors intenditur. Quin verò (ait Sotus *vbi proxim.*) aliud nobis documentum dedit Redemptor, vt potiùs ſit propter bonos par-

cen-

cendũ malis (vti Angeli policebantur Abrahæ, vt ſi decem iuſtos Sodomis inuenirent, toti ignoſcunt genti) quam propter malos bonis incommodandum. Accedat Azpelcueta Nauarro *p. 2. decretal. c. 15. de quinto præcepto Decalogi n. 3. verſ. quare*, vbi nulla iura naturalia, nec humana occidere permittũt alium quam agreſorem; & ita D. Auguſt. inuere videtur (ait) *in c. de Occiden. hominibus*. Ergo innocens nullatenus occidi poteſt. Suadeat Silueſter, *in ſuma verbo homicid. 1. n. 5.* vbi hominẽ innocentẽ, ait, licitè nullus occidit † quocunq; bono fine, aut quacunq; humana auctoritate, *Exod. 22.* Adueniat iterum P. Soto, *d. q. 1. art. 7. poſt principium*, vbi nõ licere (aſerit) Reipublicę obſeſæ pro illius defenſione, ac ciuium vitæ incolumitatæ, innocentem in hoſtis manus perdendum traddere. Igitur nec pro propria defenſione cuiquam licitum erit innocentem occidere. Prodeat Leonar. Leſius, *tract. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 9. dub. 10. num. 60. & 61*, vbi mulier (ait) non poteſt pharmacum ſumere vt prolem animatam abortet: Etiam quando fætus (velut agreſor) matrem aliqua infirmitate inuadit, 3

ob

ob quod in vitæ diſcrimine ponitur. Ergo innocentem, etiam in periculo vitæ, occidere non licet. Nunc ex iuris peritis, nec ſilentio traddatur Felini † Sandei dictum *in c. ſig*
4 *nificaſti, el ſegundo de homicid. num.* 14. *verſic. tertiò poſſeſſ.* Vbi ille qui non valens (inquit) aliter mortem euitare, apprehenſo Ticio vſſus eſt eo vt clypeo, & per agreſorem ille Ticius occiſus eſt, talis apprehendens punietur quaſi exceſerit defenſionem ponendo innocentem in periculo. Proferat *tex. in l. ſcientiam* 45. *§. qui cum aliter, ff. ad leg. aquil.* His verbis. *Sed ſi defendendi mei cauſa lapidem in aduerſariũ miſero, ſed non eum, ſed prætereuntem percuſero, tenebor lege aquilia. Illum enim ſolum, qui vim infert, ferire conceditur* Baiardus item, *in §. homicidium, num.* 89. ex Bald. *in d. l.* ait, quod licet ſit licitum agreſorem percutere; non tamen mediatorem vel alium. Igitur dicendum videtur mediatorem aut innocentem offendi impunè non poſſe.

5 His tamen non obſtantibus † contrariam ſententiã, nẽpe innocentẽ aut mediatorẽ iure perimi poſſe pro vitæ propriè defenſione ſi agreſſus ab inſultante ſe aliter defendere non

non poterat; vti veriorem in vtroque foro ſuſcipiam. Probant hanc ſententiam, *ex gloſ. in l. ſi familia penul. verbo agi poterat. ff. ſi familia furtum fecif.* Iulius Clar. *in §. homicidium, num.* 24. vbi communem eſſe opinionem refert, Nicol. Boer. *deciſ.* 83. *nu.* 4. *verſ. & idem & nu.* 8. *iuncto num.* 10. Tuſcus *pract. concl. lit. D. c.* 131. *num.* 5. Trentacinqui. *prac. reſol. lib.* 1. *reſol.* 1. *de defenſ. num.* 5. *ad finem.* Sentit Angel. *tract. de malefi.* verbo *& dictus Titius ſe defendendo num.* 33. *ad medium*, vbi Clarius & diſtinctius Auguſtin. Ariminen. *in additione*, tenet Philippus Decius, *in l. vt vim, nu.* 9. *verſ. & quod dictum eſt, ff. de iuſt. & iur.* notat Ripa, *de teſte, tit. de remedijs ad curandam peſtem, poſt num.* 257. *verſ. & pro hac parte*, quibus addendus tex. clare hanc ſententiam clarificans, *in l.* 2. *C. ad legem* Cornel. *de Sicca.* ibi: *Is qui agreſorem vel quemcunq; alium in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus occiderit: Nullam ob id factam calumniam metuere debet*, ibi gloſ. verbo, *vel quemcunq; alium*, facit tex. *in l. ſi quis fumo* 49. *§.* 1. *ff. ad legem Aquil.*

Et hinc, † ſi Titio me inſultante, mediator quidam obuenerit, & inter nos pacem re- 6

reponat, qui me & arma mea tenuerit, ſi aduerſarius meus agreſor, viribus præualuerit,& mediatoris cauſa me defendere non valeam, ob quod in mortis periculo conſtitutus ſum: poſſum mediatorem iure occidere, vt eo facto à dicto periculo liber euadam, Auguſt.Arimin. *vbi ſupr.in additionibus* Boeri. *d. deciſ.* 83. *num.* 8. *&* 10. notandus Alciatus,*tract.de præſump.regul.*3.*c.*39.*ad finem*. Hoc enim caſſu mediator cum me defendere impediat,mortem mihi irrogare cenſetur: contra quem defenſio eadem via cucurrit. Nec contrarium iudicandum videtur, hoc in caſu. Quidam me obſeſſum in quodam domus cubiculo habuit; nec aliter mortem vitare poteram quin per illius portam fugerem: Si hæc ab aliquo ebrio, aut de mente ocupetur,qui ab ea ſe ſeparare recuſet, fugãque meam impediat, ob quod in maximo vitæ diſcrimine poſsitus ſum; licitum mihi
7 eſt illum occidere vt liber euadam. Idem † ſi ebrius aut furioſus, dum per viam publicam fugam arriperem vt mortem euitarem, ſe opoſuerint me impediendo; tunc ſi euidens vitæ periculum imminet, vt quia agreſor me

me inſequitur ad occidendum, poſſum illos iure perimere: nec cum certo vitæ periculo alio deflectere teneor. Nec diuerſitatis ratio conſtitui, poſſe videtur, ſi dum hoſtem fugerem, nec me poſſem ſaluare, niſi per anguſtũ iter, in quo infans, aut claudi quidam fugæ meæ obſtantes poſsiti erant, ob quod in maximo vitæ diſcrimine poſsitus reperior; poſſum me defendẽdo fugam proſequere, etiam cum illorum præcipitatione, aut nece Corduba, *lib. 1. q. 38. dub. 2.* Pater Layman, *de theologia morali, lib. 3. ſectio. 5. tract. 3. p. 3. c. 3. n. 1. verſ. adde ſecundò.* Etſi enim occiſſus innocens ſit, & abſque fraude loca prædicta occupet: tamen quia præciſſam mihi defenſionem impedit; dando operam rei licitæ, præciſsè, & neceſſariæ, poſſum illum impunè occidere. Non quòd cum hoc agam, mortem illius directò intendam; ſed actionem meam dirigam tanquam medium proportionatum & præciſsè neceſſarium ad mortem euitandam. Non videtur ergo à me occiſſus; ſed à neceſſitate. Potius enim meæ incolumitati proſpicere debeo, vt ſic charitas benè ordinata à me ipſo incipiat. Procinat Caietanus, *q. 67.* 8

*art.*2.vbi, occidere (inquit) innocentem per accidens, dando operam rei licitæ & neceſſariæ;non eſt contra ius naturale,diuinum,vel humanum.

9 Neque obſtat † illud à Felino prolatum ſupra *in d.cap.ſignificaſti*. Nam contrarium à Doctoribus vt communiter approbatū ſuſcipitur,vt ex Plaça *de delictis, lib.* 1. *cap.*28.*n.* 26.Corſet.& alijs,traddit Iul.Clarus, *in d.§. homicidium poſt num.* 24. notandus Boerius, *deciſ.*84.*num.*4.*per totum*,confirmat *text.in l. quoniam multa facinora*.6.*C.ad leg. Iul. de vi publica*,vbi,ſi homicidium factum fuerit aut ab inuaſore offendendo,aut ab inuaſo ſe defendendo,ſolummodo inuadens de homicidio tenetur capitalis ſuplicij pœna abſq;appellatione:tanquam cauſa (mediante ſua iniuſta vi & agreſsione)illius patrati damni,vt notat *gloſ.interemptus*. Notat etiā *text.in l.in hoc iudicio*, ibi: *Etenim iuſtiùs eum teneri qui princeps fuerit delicti,quam eum quæri ad quem res perlatè ſunt, ff.de ſeruo corrupto*,vbi etiam *gloſ.* Aduenîat *text.in l.ita vulneratus* 51. ibi: *Reſpōdit, occidiſſe dicitur vulgo,qui mortis cauſam quolibet modo præbuit,ff.ad leg. aquil.* Igitur

tur præponens aliquem ante ſe tanquam cly-
peum; vt ſe ab agreſoris impulſu & ab imi-
nenti liberet morte; ſi præpoſitus ille occiſ-
ſus fuerit ab agreſore, iſte tantum de homici
dio tenetur tanquam iniuſtus auctor & deli-
cti princeps: (quin immo etſi ipſe homici-
dium non patraſſet in perſonam tertij aut
mediatoris, ſed agreſus ſe defendendo in caſ-
ſu neceſsitatis; teneretur quidem agreſor ex
eadem lege, tanquam cauſa principalis deli-
cti) Nõ verò agreſus, qui ſe neceſſariò defen
debat; nec alterius mortem intendere cura-
bat. Eſſet enim ſi hanc ei defenſionem iuſtã,
in eo vrgentiſsimo caſſu, iura denegarent;
deſperiem quandam iniuſtè inuaſis impone-
re: Quod per quam rigore plenum eſſet, qui-
libet ſanę mẽtis diiudicare poteſt. Illa † enim
Felini opinio procedere poteſt, quando do- 10
loſè, & data opera agreſus retrò hominem
confugeret vt homo is occideretur: Tunc e-
nim agreſus tenetur; Boerius *dict. deciſ.* 84.
*num.* 4 *verſ. quod non teneantur.*

Et hinc † venit notanda diſtinctio Augu- 11
ſtini Arimin. *ad Angelum de maleficijs, vbi*
*ſupra poſt num.* 33 *in additio.* vbi aſſerit, quod

ſi agreſus per tertij cuiuſdã occiſionem euadit à vitæ diſcrimine; poteſt illud facere dũmodo non ex propoſito: aliàs teneretur, licet non pœna legis Corneliæ de Sicarijs; alia tamen pœna. Non enim conſideratur propoſitum; quia qui tertium vel mediatorem occidit, certum eſt propoſitum habere occidendi, & ſic mortem euitandi, aliàs non illum perimeret. Conſideratur tamen occaſio mediatoris vel tertij occidendi, an iuſta, an verò doloſa ſit. Si enim agreſus non eſſet in tali diſcrimine conſtitutus, vt præciſsè neceſſarium eſſet ad vitam ſaluandam mediatorem occidere, illud facere non poſſet; cum neceſſitas cuius occaſione hoc permititur, ceſſet: Et ſic, agreſus occidens hoc in caſſu mediatorem, tenetur aliqua pœna, licet non teneatur pœna legis Corneliæ. Sic illa verba, *ex propoſito* ab Auguſtino Arimin. *ſupra relata*, intelligenda videntur, vt ſic ipſe poſtea declarat, ſequitur Boerius, *d. deciſ.* 83. *poſt num.* 8.

12 Item ergo † vt ſciatur an agreſus arma habens & retrò hominem ſe abſcondens, teneatur, ſi homo ille ab agreſore mortuus fuerit; diſtinguendum eſſe videtur. Aut quis fecit

cit illud ad ſe faciliùs defendendum: aut neceſsitate metus opreſus; vt quia tam timidus erat, quod nec animum ad ſe defendendum habebat. Primò caſſu, culpam non minimam habere videtur: quia cum ſe defendere valeret, & ad id arma & animum haberet; pepercit labori defenſionis, & innocentē expoſuit illo periculo. Secundò autem caſſu, non eſt tam facile iudicare: quia meticuloſus & ſi arma habeat, perinde habendus eſt, ac ſi totaliter inermis eſſet, & plus etiam: Sicq; cum nec armis reſiſtere, nec aliàs ſaluus euadere poſſit; non videtur culpabile vt ſe clypeo homi nis defendat, Boerius *d. deciſ.* 84. *num.* 4. Teneretur † vtique, non ſolum hoc caſſu, verum in quolibet alio, ſi dum fugere poſſet, 13
illud propter inhonorem facere recuſaret, & ſic ſe retrò hominem abſcōderet. Si enim hic ab agreſore occideretur, ambo ad pœnam teneri crederem. Ille, quia dum daret operam rei illicitæ, homicidium comiſsit. Hic, quia innocentis vitam honori ſuo poſtpoſuit. Licet enim pro honoris defenſione occiſio permitatur; illud procedit contra eū qui mihi honorem ex perſona ſua & facto

adi-

adimere intendit. Contra innocentem autem, quare?

14 Neque † obſtat quod in hoc quæſito defendimus, nempe licitum eſſe pro defenſione vitæ, quando aliter ſalua eſſe non poteſt, innocentem occidere: & ſic cum honor vitæ comparetur, *l. iuſta cauſa 9. vbi gloſ. verbo infamia. ff. de manumiſ. vindicta l. iſti* 8. §. *quod ſi, ff. de eo quod metus cauſa*. Idem videtur dicendum hoc in caſſu, vbi niſi ſe retrò hominem abſcondendo, nō poterat honor ſaluus in defenſione ſua ēuadere; quia fugiendo maximam cōtraheret infamiam. ¶ Nam † reſpondetur, nullum (inter nos & in hoc mundo) pro honorato gerendum, qui hominum petulentijs & agreſionibus ſibi illatis, proprijs viribus: & valore non occurrere audeat. Qui enim hoc recuſat & ſe abſcondit, quid de honore curat? Cum in ipſa timiditatis actione, magnam infamiæ partem adhibeat. Quare hunc à pœna ſi caſſus contingeret, non excuſarem.

15 Nihil obſtat † *text. in d. l. ſcientiam, §. qui cum aliter*: Nam ibi tenetur lege aquilia, qui percuſit hominem ſe defendendo, quia cum

in illa actione non requiratur dolus, ſed culpa tantum, & in ſpecie illius textus, qui lapidem proiecit, lege Aquilia teneatur: meritò modum & defenſionis limites quoquomodo excediſſe ſuponendum eſt, & proinde in aliqua extitiſſe culpa, etſi leuiſsima (quæ in illa actione venit & attenditur, ex *text. in l. in lege Aquilia, ff. ad legem Aquil.*) vt quia lapides de longe proiecit, quos cautius proicere debuit. Ex huiuſmodi enim actu (ſecundum quid iniuſto quo ad alium) videtur eſſe in culpa ſaltim leuiſsima, quæ ſufficit *ex prædictis* vt lege Aquilia teneatur, ſic Decius, *in l. vt vim num.* 12. *ff. ad leg. Aquil.* Anton. Gomez *tom.* 3. *cap.* 3. *de homicidio num.* 35. *ad finem.* Nos ſiquidem loquimur, non quando caſsù accidit quod tertius occiditur innocens, *vt ſupra*; ſed quando id expedit & præciſsè neceſſariũ eſt ad vitæ propriæ tutamen; quod licitè & impunè fieri, ex in præſenti quæſtione adductis, aſſerimus. Hoc enim nõ ſolum licitũ iudicatur, & impunè fertur defenſionis propriæ intuitu: † Verum etiã impunis quiſq; euadet ſi defendendo ſe contra 16
agreſſorem, hunc occidere credens, caſsù ter-

tertium vel mediatorem occiderit, cum operam tunc det rei licitæ & omninò neceſſariæ, Iul. Clarus, §. *homicidium, num.* 24. *ad finem,* Cardin. Tuſchus, *pract. concluſ. lit. D. cap.* 131. *num.* 6. Anton. Gomez *d. cap.* 3. *de homicidio,*
17 *n.* 35. *verſ. aduertẽdũ tamẽ.* Quod † intelligas vellim, niſi defenſor hic tertiũ occidendo, in aliqua exiſtat culpa, *vt ſupr. in d. l. ſcietiã, §. qui cũ aliter,* aut ſi non ſe defendat, modũ requiſitum in neceſſaria defenſione adhibendo, de quo, *infra lib.* 3. *q.* 2. *in princ.* Tunc enim cum ſit in culpa defenſor modum excedendo, ſi caſsù tertium occidat, ad metas culpæ puniẽdus eſſet, cum vicioſa ſit talis defenſio, *ad d. l. ſententiam.* Illud ſiquidem beneficium conceſſum agreſſo, vt non teneatur ſi ſe defendendo caſsù tertium occiderit, non competit, quia caruit voluntate tertium occidendi, ſed quòd rei licitæ, & neceſſariæ operam da-
18 bat. Et hinc † deſumes agreſſorem occidendo tertium, cupiens aduerſarium occidere, etſi nec intentionem occidendi illum habuerit, nec quoad occiſſum dolus adeſſet; tenetur nihilhominus pœna homicidij, ſed an ordinaria, differit optimè præſtãtiſsimus vir

Do-

Doctor Ioannes Chriſtophorus de Suelues, (cuius ſcientiam, & doctrinæ opinionem vnicam communi credimus plauſu, inacceſſibilem plurimis, ſecundam nullis.) *Conſ.* 33. *num.* 14. & 15. *Cent.* 1.

Huc † vſque iuris peritiorum ſententiæ, ad noſtram principalem concluſionem probandam. Ex Theologis illam probat Corduba, *lib.* 1. *q.* 33. Petrus Nauarra, *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 147. quos traddit Pater Leſius, ipſe hãc explicans, & exhornans concluſionem, *in ſuo tract. de iuſt. & iure, lib.* 2. *c.* 9. *dubit.* 9. 19

Quarè † non obſtante aſſerimus illud *exod.* 23. cuius dictum procedit regularitèr; & etiam quando aliquo bono fine directò mors innocentis intenditur, vt Siluester *vbiſupra.* Nos verò loquimur in caſſu præciſſæ defenſionis, quando illud medium occidendi innocentem, & ſimpliciter neceſſarium ad vitam noſtram ſaluandam. Tunc enim innocentis mors non intẽditur directè; ſed vt medium tantum noſtræ neceſſariæ defeſioni requiſitum: quia ſuæ perſonæ impedimento, ius defenſionis noſtræ adimit. Contra cuius obſtaculum, vt vitæ noſtræ conſulamus, 20

ex iuris mente naturæ (cuius Deus author eſt, vt *ſup. lib.* 1. *q.* 2.) contra quemcunque, aut offendentem, aut defenſionem impediẽtem, liberum nobis etiam cum illorum internitiæ, exercitium conceſsit, *ex ſupra traditis.* Quibus etiam reſpondetur Nauarro, & Silueſtro ſupra relatis: nec in noſtro caſſu loquuntur, vt ex illorum inſpectione intuenti aparebit. Similiter etiam Sotus, *d. q.* 1. *artic.* 2. non obſtat: nam non loquuntur in caſſu defenſionis; ſed offenſionis. Quid hoc ſit, & quomodo intelligatur, ipſe declarat *ibidem.* Neque ipſius Soti locus, *q.* 1. *ar.* 7. quidquam facit: nam cum mors innocentis ciuis non ſit *per ſe* medium pręciſè neceſſarium ad ciuium, & ciuitatis incolumitatem; ſed *ex malitia alterius*, nempe hoſtis; inde nil mirum ſi illius occiſio illicita ſit: ita parum poſt idem Sotus declarat. Haud Leſij ſupra adductum argumentum obſtabit, ſi ſequentia legere patiaris.

21 Hactenus † dicta ſunt de defenſione cum innocẽtis tertij extranei internitie. Abhinc de defenſione cõtra proprium innocentem: vt ſi matri fætus aliqua infirmitate inuadat;

vitam

vitam ſuam defendere valeat, cum fætus damno, aut occiſione? Nam quod prolis vtero incarcerata proprijs viribus matrem inuadere poſsit, ſatis dificulter inteligi poteſt. Quod verò vteri geſtatio, morborum occaſio eſſe poſsit, & inde matris interitum machinari tanquam certum amplector, ſi doctrinæ medicorum fides adhibenda eſt. Docent enim † cum Hypocrate, prolem trahere ad ſe, vt alatur ſanguinem perfectiorem, 22
& inde matrem impuriori, & minus defecato ſanguine repleri, & nutriri; cuius copia, & prauitate infirmari ſolet. Et quod vtero gerens ob ipſam impregnationem excrementis multis, & prauis affligatur, eſt velut primũ principiũ in medica facultate: quod indicãt accidentia interdum grauiſsima, interdum arcana, vteri geſtationem non raro concomitantia. Multæ enim malo corporis habitu, & quaſi hydropicæ fiunt. Aliæ verò tanta cibi abominatione afficiuntur, vt nullum ferè alimentum ſalubre aſumere queant. Aliæ deprauata fame, quam medici picam appellant, moleſtantur; & carbones, cinerem, gypſum, & diuerſa terrarum genera tam auidè

appetunt; vt neque conſilio medicorum, neque periculi comminatione tam deprauatum deſiderium reprimere valeant. Aliæ etiã inueniuntur, animi deliquio cardialgijs moleſtiſsimis, vomitibus cuiuslibet cibi, & omnium facultatum tam inſigni langore aflictæ, quod toto geſtationis tempore velut ſemimortuæ in lectulo iaceant.

23 Sed modus † quo ſuo modo fætus cũ periculo matrem inuadere ſolet, eſt quatenus curationem idoneam, quando mater grauiter egrotat ſolet prolis peruertere. Et quod ob id cum certo vitæ periculo matrem inuadat, Hypocrates videtur planè docere, *lib. 5. aphoriſmor. tex.* 30. dicendo: *Vtero gerentem capi à morbo acuto lethale.* Quod periculum originari pręcisè, & ſolùm videtur, ex vteri geſtatione; quoniam ob illam dicit Hypocrates, mortale eſſe quod acuto morbo capiantur. Quod etiam Galenus Hypocratem exponendo, abſque lite recipit, & rationem periculi tradit.

Ob hoc igitur tam certum, & receptum principium, controuerti debet, ſi liceat ob dicta pericula, (& alia ſi ſunt) cõtra matrem

pug-

pugnantia, & ad probabile exitium illam trahentia; aborſum mouere, vt mater à iam præſenti, aut iminenti periculo, per artem medicam defendi valeat, etiam ſi innocentis prolis vita propter aborſum periclitetur.

Quam † controuerſiam non pauci mouere, & inter recentiores diſtinctiùs exagitauit Leſius, *tract. de iuſt. & iure, lib. 2 ca. 9. dub. 10.* 24
quæ duplicem ſenſum habere poteſt. Primũ, ſi aborſus pro comparanda vita matris tam neceſſarius putetur, vt in illo ſolo ſpes ſalutis colocata ſit. Alius ſenſus eſt, ſi remedium quod a morbo matris indicatur, & iudicatur neceſſarium ſimpliciter, vt mater ſalutem cõparet, & ab illo aborſus probabiliter timeatur; debeat medicus ab executione talis remedij, ob probabilem timorem aborſus ceſſare.

Primum ſenſum † abſoluit Leſius loco citato dicendo. Non licet ei præbere pharmacum eo animo, vt faciat prolis abortionem, ſiue ante, ſiue poſt animationem. Et præter teſtimonia diuerſa hanc partem ſuſtinentia, ſuadet illam; eo quod ſit illicitum innocentem occidere, vt alius ſeruetur; & qui hoc fe- 25

cerit pœna mortis mulctatur. Nec licet abor ſū comitere ante animationem; quia procurare aborſum propter ſanitatem eſt illicitum: ſicut procurare pollutionem ob eumdem finem. Vtrumque enim eſt contra naturam generationis; neque eſt enim per ſe neceſſariū ad ſanitatem. Hactenus Leſius. Sed hoc vltimum, eſt quod quæſtionem noſtram reddit dificilem. Suponimus enim, quod aborſum mouere ſit remedium neceſſarium, vt mater ſaluetur, vt vulgus putat, ſupoſito quod tota ratio periculi matris, pendet ex vteri geſtatione.

26 Et mihi † videtur placitum Leſij probabiliſsimum, quatenus aſſerit, nō eſſe licitum dare medicamentum abortiuum directè, & primaria intentione, etiam ſi mater comodū aliquod à quo ſalus probabiliter ſperari poſſit, fuiſſet ab aborſu acceptura. Eſt enim homicidium, aut formale, aut virtuale; & quod libet eſt illicitum. Formale dico, ſi fœtus iam ſit animatus. Virtuale verò, quando nōdum animæ pulcritudinem ſuſceperit; ſed ad illā ſuſcipiendam diſponitur. Quod Tertulianus loco à Leſio allegato, nempe in *apolog. cap. 9.*

ſecu-

ſecutus hanc partem, hominem futurum nominauit, & quod fructus in ſemine ſit. Conducit illud Aragonēſis noſtri Martialis *epig.* 42. *lib.* 3.

*Ipſam crede tibi naturam dicere rerum.*

*Iſtud quod digitis Pontice perdis, homo eſt.*

Sed interrogat † Leſius, quid ſi certa ſit 27
mors vtriuſque, niſi aplicetur tale pharmacum, & probabile ſit, matrem dato tali medicamento ſaluari poſſe? Reſpond. Neque etiam in hac hypoteſi eſſe licitum. Neque aliquam rationem adducit; ſed illam ſolam tradit deſumptam à ſimilitudine de pollutione. Vt enim hæc illicita ſemper eſt, etiamſi a ſalute ventura indicetur; quia directè eſt contra finem naturalem generationis: ita, & quolibet modo aborſum directè excitare, eſt actio pecaminoſa, & illicita; quia eidem fini naturali ſe opponit.

Secundam concluſionem, ſequētibus verbis includit. Si mater periculosè laborat, & non ſuperſit aliud remedium; poteſt ei præberi pharmacum directè tendens in curationem, etiam ſi ab illo abortio ſecutura putetur, dummodo proles animata nō ſit. Et hoc

ſtabi-

ſtabilit,& probat, primò: quia mater ante prolem conceptam habebat ius vtendi auxilijs, & remedijs neceſſarijs ad propriæ vitæ conſeruationem: quod ius ob prolis aduentum auferri non poteſt. Secundò, quia abortio tunc, eſt ſolum permiſa non procurata: eſtque præter intentionem ſuperueniens, matre ſuo iure vtēte: ſicut ſi valetudinis cauſa vtendum ſit medicamento, aut certo genere cibi, aut potus, vnde pollutio ſecutura putetur, quam nullo modo intendis; cenſebitur ſolummodo permiſſa, & per accidēs eueniens. Quæ doctrina Leſij veriſsima etiam, & tenenda mihi videtur.

28 Tertia † concluſio Leſij eſt; ſi prolis iam ſit animata, nō eſt licitum præbere matri remedium directè curationem cum notabili periculo prolis, ſi certum erat, vel valde probabile, prolem ſine illo viuam ædendam. Et inferius concluſionem claudit dicendo. Si verò ſit valde probabile, non adhibito remedio vtrumque moriturum; adhibito verò, ſaltem matrem poſſe ſaluari; eo caſſu licitè poſſe hæc remedia adhiberi.

29 Prima † pars huius tertiæ concluſionis obſcu-

obſcuriſsima mihi aparet. Non enim facile intelligitur quid hic author velit dicendo. Non eſſe aplicandum tale remedium, *ſi certum erat, vel valde probabile prolem ſine illo viuam ædendam*: quoniam de vita prolis certitudo, aut magna probabilitas dari non poteſt; niſi certitudo, aut probabilitas ſimilis detur de vita matris: nam ſi hæc periclitetur ob negatum auxilium, datur magna certitudo quod cum matre proles etiam peribit, eſt enim rariſsimum, quod ſimul cum matre fætus non pereat, nec de vita prolis certiùs iudicium, quam de vita matris dari poteſt; quia fætus ſimul egrotat cum matre: & quia debilior delicatiorque eſt, priùs quam mater vitam agere ſolet. Nam Galenus, *lib. 5. aphoriſm. comment.* 30. periculum matris deducit ex periculo prolis, ſi a febre, aut alimenti defectu a febre expetito, fætus occidatur. Vnde quod prolis viua, in lucem prodeat, non poteſt deduci niſi ex maxima probabilitate vitæ matris; & ſi medicus talem probabilitatem concipiat, quod in morbis periculoſis dificilimum eſt, tenebitur diferre remedium à quo certè timeatur aborſus: quia abortire

 peri-

periculoſiſsimum cenſeo tum matri, tum fæ-
tui, ac perconſequens ſemper quod ſit de vi-
ta matris probabilitas magna, nullum au-
xilium à quo abortio timeatur imperan-
dum eſt.

Quia verò hæc coniectura, & probabi-
30 litas tam ex parte morbi, quã ex parte abor-
ſus fallaciſsima eſt: exiſtimo ſecuriùs eſſe, &
rationi magis conſonum, ob timorem abor-
ſus, non eſſe licitum ceſare ab applicatione
magni remedij, quando mater acuto morbo
laborat. Nam morbi acuti qui ſemper inclu
dunt periculum; nunquam illud deponunt,
vſque ad declinationem vniuerſalem; & per
conſequens ante illam iniuria fit matri, ſi ob
metum aborſus non aplicetur magnum re-
medium indicatum à morbo: quoniam ob
defectũ illius, poteſt fieri morbus mortalis,
qui cum illo auxilio deſtrueretur. Ex parte
etiam aborſus incertiſsimus eſt eius aduen-
tus, cum cotidie experiamur, tam ægrotan-
tibus, quam benevalentibus, multa, & mag-
na remedia aplicata fuiſſe, quibus perditio
fœtus nullò modo ſuperuenit. In ægrotan-
tibus quidem auxilia magna, quot ad abla-

tionem

tionem acuti, & magni morbi, Medicus methodicè aplicuit in benevalentibus verò, quæ auxilia tentata ſæpe non fuere ad directè fœtum perdendũ? & prius matrem quã fœtum ex carnificarunt, aut mater, & ille ægrotarunt ſimul, ob violentam remediorum alterationem, & humorum corruptionem; ob quam, & pignus, & mater citra fœtus excluſionem periere. Cum igitur, tam incerta ſit, † ratione auxiliorum, quæ morbus grauis expoſcit, fœtus excluſio, & perditio; irrationabile illicitumque cenſeo, matrem ob tã incertum ſucceſſum, ſine requiſitis auxilijs relinquere. Et hoc placitum vrget, & probat, quod nuper inſinuaui, nimirum prolem ſimul cum matre ægrotare: nam aphoriſmo citato Galen. docuit, quod fœtus à febre prius quam mater occidatur, & ob eius interitum, illam poſtea periclitari. Vnde auxilia febri acutæ auxiliantia, indicantur etiam à fœtu, vt non liceat ob timorem aborſus illa prætermittere. Illis enim vtriuſque periculo occurritur. Et noſtram ſententiam confirmat planè Caietanus. *Vbi ſupra, d. q. 67. art. 2.* ibi: *Occidere innocentem per accidens, dando ope-*

*ram rei licitæ, & neceſſariæ, non eſt contra ius naturale, diuinum, vel humanum.*

31 Ex † dictis detegitur vulgatiſsimus error; communiſque calumnia, qua ſine ratione Medicos paſsim vulgus ſugillat, aborſus remedijs tribuendo, quē morbi pernicies, & grauia accidentia excitarunt. Cui calumniæ anſam dedit Hippocrates, *lib. 5 aphoriſmor. tex.* 31. dicendo: *Mulieri vtero gerenti ſanguine ex vena miſſo abortit, & præcipuè ſi fœtus ſit grandior*. Sed quod ob hoc auxilium incertiſsima ſit prolis abortio, innumera experimenta teſtantur: quin immo, vt impediatur aborſus ſæpe ſanguis extrahitur, vt non credatur facile ob defectum ſanguinis aborſum contingere, vt cum Hippocrate Galenus cēſet: quoniam tam fætus, quam mater, copiā ſatis magnam ſanguinis, ex quo fætus ali commodè poſsit intra propria vaſa contineant; quando proles excluditur: & conſtat planè ex crueta, & lochiali purgatione ſtatim poſt fætum excluſa, quæ copioſiſsima eſſe ſolet, vt meo iuditio alia ratio magis idonea talis aborſus quærenda ſit. Sed huius rei inquiſitio, Medicorum, non noſtri eſt.

Ex

Ex dictis deteſtanda meo iuditio eſt opinio † Medicorum ſuſtinẽtium in nullo mor 32
bo, etſi acutiſsimo eſſe ſecandam venam in talo quamdiu mulier vtero geſtat. Cenſent enim certius, & efficitius aborſum mouere, & vt ipſi loquntur, tale infortunium directè comittere. † Eſt enim opinio hæc abſurdiſsi 33
ma: nam præter quam quod Hipocrates de omni ſectione venæ illud prædixit, *in Aphoriſmo*, dicendo: *Mulieri vtero gerenti, ſanguine ex vena miſſo abortit, & præcipuè ſi fœtus ſit grandior*: ac per conſequens nulla ſectio venæ in gerentibus vtero admittenda foret; quia omnes ex quacumque parte ad aborſum inclinant directè, quia omnes alimentum tolunt, ſpiritus diſipant, & vires deijciunt; & nihilominus nullus Medicus opinatur, non eſſe ſecundam venam, ex brachijs, ſi affectus tale auxilium expoſcat: quin immo doctiſsimus Gardanus in illius Aphoriſmi expoſitione putauit, ſectionem ex brachijs, certius & efficatius aborſum comittere, quia partes principes magis innanit, & debilitat: & præter hoc, ſanguinem ab vtero efficatius retrahit; ſicq; requiſito alimento,

plus

plus fœtum priuat, & aborſum excitat. Sectio vero ex talo, ad infernam regionem gratia vacui trahit ex toto, & ſic minus deficit alimentum in vtero; & partibus illi proximis vt fœtus nutriatur.

Sed quidquid ſit de opinione Cardani, do
34 ctrina Medicorum adducta, † ſequenti efficaci ratione improbatur. Dixit Hippocrates, *lib. 5. aphoriſmor. tex. 43. Si in vtero grauidè mulieris æriſipelas ſit, lethale*: quem Galenus exponendo docet, quod talis affectio de neceſſitate mortem adfert infanti: nam ſi aliæ fębres minus ardentes, & ſine inflamatione, neque habentes earum cauſam in vtero, paſſim fœtum occidunt, & coliquant; in excuſſabilis erit illius perditio, ſi cauſa fæbris, tã ardentis, vt ab æriſipelate fit, in ipſo vtero ſtabuletur, ſitque fœtui immediata. Quod periculum prædixerat etiam Hippocrates, *lib. 2 de morbis mulierum*, dicendo: *Hæc ſi prægnanti acciderint, moritur, & non poterit effugere*: Qua doctrina ex tantis authoribus tradita, ſic arguo. Vteri æriſipelas, eſt lethalior morbus reſpectu fætus, quam matris, quia totus fætus in vtero incarceratus viuit; & inde om

nes

nes eius partes principes ſimul cum toto leduntur, & plus patiuntur quam mater; quia cor iſtius, iecur, & cerebrum, diſtant magis, & notabiliter à loco inflamato, intra quem totus includitur fætus. Ergo fætus ipſe, vrgentius quam mater, indicat talis affectus directam medelam. Ergo petit vrgentius auxilia pro ablatione talis affectus requiſita. Sed nullum efficacius eſt ſectione venæ ex talo, aut maleolis; ergo hoc auxilium imperandum eſt, quia ſine hoc inflamatio, aut æriſipelas vteri, ſi alicuius momenti ſint, ſedari repugnant. Petit ergo fætus, ne ſufocetur à tanto vteri incendio, celerrimam euacuationem cauſæ talis tumoris. At nulla euacuatio, niſi ex maleolis, aut talo celebretur, vterum ſic affectum innanire poteſt, & cauſam extrahere. Ergo fætus ipſe, non ſolum talem ſectionem non recuſat; ſed tanquam vnicum, & celebre auxilium, vt tam certum periculum effugere poſsit, auidiſsimè, & vrgentiſsime petit. Erit ergo in tam certo periculo turpiſſimus error, ex brachijs ſemper ſanguinem mitere, & nunquam ex cruribus, ſi magna inflamatio, aut æſtuoſum æriſipelas vterum

poſſi-

poſsideat, cum nunquam ex ſupernis parti-
bus ſecta vena, quod fætum vrit, pondere
præmit, tenſioneque coharctat, & ſuffocat,
innaniri euacuarique poſsit, & fruſtra ſecan-
do ſemper venam ſupernam, matrem, & fæ-
tum debilitare conatur, cum nihil ab affec-
tu tam mortali detrahere poſsit. Quam depra
uatam praxim, non minus condemnat infla-
matio magna veſicæ, vrinam ſuprimens; &
præter hoc deſperatum accidens. Docuit Hy
pocrates, 2. *lib. pronoſticor. Grauem eſſe omni-
no, & mortalem; quoniam dolores illius, ſatis
ſunt ad interimendum.* Cui affectui adducta
praxis, ſecando ſemper venam brachiorum,
ſucurrere nunquam poterit; ſed in deſpera-
tione certa infirmam relinquet: vt relinquet
etiam, ſi carbunculus peſtilens inguina obſi-
deat retrahendo venenum ad cor, & viſcera
interna cum certa pernitie. Fugiendo igitur
ſemper talis doctrina, ſecare venam in talo;
matrem occidendo, fætum etiam interimit;
quia, & ſi millies vena in brachijs ſeccetur,
nihil educet ex humore inflamationē illam
mortalem cauſante; & vt antea docui, contin
git, quotidie, ſuperſtitem fœtum manere,

etiam

etiam ſi pluries, vt aborſus eius ſequatur, vena in talo fuerit ſecta, & medicamenta tum expurgantia, tum fœtum corrumpentia, fuerint ſumpta. † Tenebaturque talē opinionē; 35
non ignorare, quod ſectio venę in primo, & ſecundo menſe, raro aborſum comittit: quia vt proles nutriatur, pauciſsimo tunc indiget ſanguine, quod aduertēs Hippocrates, *aphoriſmo ſupra citato*, dixit: *Sectionem venæ, præcipuè excitare aborſum, quando fœtus eſt grandior.* Et hinc fit, quod quæ ex illegitimo thoro conceperunt, & ob ſuſpitionem conceptionis a primo menſtruorum defectu, ſanguinem fundunt ex talo, & multoties tale auxilium, vt fætum perdant, reiterant; ſemper ferè oleum, & operam perdunt, quia pauciſsimus ſanguis, vt tam exigua proles alatur ſuficit. Vnde fit, quod ſi in primis menſibus vtero gerens, inflamationem magnam vteri, aut veſicæ patiatur; poterit medicus ſecuriſſimè venam in talo ſecare, & ſumo commodo, matris, & fætus: nam hic, ob dolores, incēdium febrile ſui; & matris anxietate, metu, & anguſtia, periclitatur magis quam ex defectu ſanguinis. Legatur de hoc argumento

Raphael Moxius *in ſuo ſpecilegio, & tract. de ſectione venæ*, noſtram ſententiam, planè, & doctè ſuadēs, & probans. Et ob id rectè Leſsius docuit, quod quando mater, & fætus periclitari poſſunt, ſi auxiliū, & ſi directè abortiuum, non celebretur; debeat imperari: quia aborſus non deſideratur directè, ſed potius matris, & pignoris vita. Nec teneas me dicere, quod remedium directè abortiuum imperandum ſit, ſi ſit abortiuum ſolum: nam ſi aborſus periculoſiſsimus eſt, vt antea probaui, nunquam licebit auxilium tale conſulere. Sed intelige, quod remedium illud ſit proprium, & neceſſarium remedium ad ſtirpandum lethalem affectum, & ob id imperari. Quod vero aborſus ſubſequi poſsit, per accidens omnino eſt, & præter medici intentum.

Nec illud quod a viro graui medicæ facultatis audiui, contra communem opinio-
36 nem vulgi, & medicorum, putātium, † quod aborſus poſsit eſſe remedium ſalubre ad liberandam prægnantem a præſenti morbi periculo, ſilentio inuoluēdū eſt. Retulit enim eſſe periculoſiſsimum tentare aborſum, quādo

morbo

morbo graui mater oprimitur. Ratio erat; nam ſi labor partus naturalis, ſolet eſſe cauſa, & frequentiſsima occaſsio incidendi in morbos periculoſos, & ſæpè lethales, adhuc in benevalentibus; efficacior erit cauſa, aborſus: quia grauior non dubiè eſt, & præternaturalior partu naturali. Et ſi agitatio moleſta, & labores naturalis partus, id præſtant in ſanis; faciliùs, certiùs, & grauiùs id periculũ eueniet, duplici ratione in abortientibus: quia res grauior eſt, & magis violẽta; & quia dolores, anxietas, & humorum turbatio, & commotio, celebrantur in corpore iam ægrotante, & prauis excrementis onuſto: Tum his quæ acumulat ipſa vteri geſtatio; tum etiam, & illis præcipuè quæ ſunt cauſa, & materia morbi, pro cuius ablatione deſiderabatur aborſus. Et hoc deducitur ex authoritate, & doctrina Galeni in expoſitione *aphoriſmi 30. lib.* 5. inqua, præcipuè Galenus, ex aborſu ob remedia, aut alimenti defectum, mortẽ matri præſagat, & publicat, cenſendo, aborſum ipſum velut caſum lethalem, vt duplex crimen directè tentans aborſum commitat: homicidij vnum; alud verò, quod morbum

matrem oprimentem pernicioſorem reddat; nam ſi quando morbus aliquis non præceſſit, ſolet partus naturalis mortis eſſe occaſio, quia de nouo morbum excitat; neceſſe eſt, vt præſentem iam exaſperet, & prauiorem reddat. Et hoc multo magis aborſus præſtauit: quia vt *libro de morbis* docuit Hypocrates, eſt præternaturalior. In illo enim, violentia magna, ab vtero fœtus euellitur, & ſic plus dilaceratur, & dolet, quam in naturali partu. Hinc inflamatur, purgatio impeditur: qua ſuppræſſa, in exitio abortiēs cōſtituitur, quæ ob morbum priorem in periculo erat. Quod periculū facilius admittes, ſi quod fiat aborſus medicamentis tam violentis naturæ, conſideres. Illa enim, aut directò fætum occidunt, aut vincula quibus vtero alligatur erodunt, aut oſcula vaſſorum vehementer aperiunt, vterumque intolerabiliter irritant: ſicque cuiuſque mali aborſus author eſſe poteſt, vt nihil includat, quod non adducat, aut augeat vitæ periculum. Hactenus in hac quæſtione dicta ſuficiant. Iam nos ſequenti quæſtioni acclamanti occurramus.

Quæſi-

# Quæſitum II.

*Defenſione quo modo vtendum.*

## RECOPILLATIO.

*Defenſionis exercitium illicitum eſt, ſi vlciſcendi, non vero propulſandi cauſa fiat, nu. 1. & 34.*

*Vltio eſt omni iure prohibita, ſicut defenſio omni iure permiſſa, num. 2 & 35.*

*Defenſio vt fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, tribus requiſitis indiget, nu. 3.*

*Defenſionis modus in quo conſiſtat, nu. 4.*

*Et an ad modum ſeruandum defenſor præciſſe teneatur, ibid.*

*Defenſio fieri debet armis æqualibus, n. 5.*

*Contra ebrium, aut debilem, quos robuſtus inuaſſus manu repellere poteſt, vulnera inferre illicitum, nu. 6.*

*Quid è contra, ſi robuſtus inermis fretus robore manus inuadat armatum, an defenſionis exceſſus adſit, ibidem.*

*In*

In defenſione an percuſio aduerſarij ſpectanda ſit, num. 7.

Defenſio, eſt eminētis offenſionis propulſatio. 8.

Agreſſor alapam impingere tentans, iure defenſionis occiditur, nu. 9.

Agreſſore fugiente, ceſſat defenſionis permiſio, num. 10. intellige vt, ibid. & nu. 11.

Prouocatus iniurijs, ſi dum oſtio ocluſo domi tutus eſt, exeat, & prouocantem occidat, an teneatur de homicidio, n. 12. 13. & 14.

Honoris dolor excuſationem præſtat, nu. 13.

Clerici non habent mundi honores in armis; ſed arma in virtute, & humilitate, ibid.

Defenſio facta dicitur cum moderamine inculpatæ, quādo defenſor id facit ſine quo ſe tueri non poterat, nu. 15.

Inuaſſus fugere non tenetur, & ſi poſſit ſine periculo, nu. 16. cum ſeq. Et procedit in quocumque genere perſonarum, nu. 17.

Fugere, dedecus, & ignominia eſt, ibid.

Fugam recuſare, & honorem, & vitam defendere eſt, num. 18.

Clerici, & Monachi dum inuaduntur, an fugere teneantur ſi comodè poſſunt, nu. 19.

Quid ſi id non faciant, an irregularitatem incur-

*currant agreſſorem occidendo, an vero peccent, nu. 20. & 23.*

*Layci licet fugere non teneantur, tamen ſi dum poſſunt non fugiunt, ſed agreſſorem occidunt fiunt irregulares, ibid. intelige vt, nu. 21.*

*Clerici, & Monachi fugere non tenentur, quã do fuga periculoſa eſt, nu. 22.*

*Clerici non fugiendo dum poßunt, vltra irregularitatem mortale comitunt peccatum, ſi ſe defendẽdo occidant agreſſorẽ, n. 24. 25. & 26. intelige vt, nu. 27. 28. & 29.*

*Irregularitatẽ propter culpã impoſitam nullus queit incurrere ob veniale peccatum, n. 25.*

*Nec Pontifex ob veniale peccatum purè, irregularitatem imponere poteſt, ibid.*

*Ignorans non conſentit, 28.*

*Defenſio facta dicitur cum moderamine inculpatæ tutelæ ſi fiat incontinenti, non ex interualo, num. 30.*

*Defenſio quando dicatur facta incontinenti, num. 31. & 32.*

*Incontinenti, quando dicatur, relinquitur arbitrio iudicis, num. 33.*

*Defenſori defenſio; Deo autem vindicta eſt relinquenda, num. 36.*

*In defenſione ira temperanda eſt, nu. 37.*

*Ira brebis furor eſt, ibid.*

*Imperatori Theodoſio datum remediũ ad iram temperandam, nu. 38.*

*Prudentes, & generoſi irã tẽperant, ibid. n. 39.*

*Indulgendum eſt, qui ob iram modum defenſionis exceſsit, nu. 40. & ſeq.*

*Defenſor transgrediens moderamen inculpatæ tutelæ, debet puniri ob exceſſum extraordinaria pœna, veluti pœna exilij in trieniũ, n. 42*

*Et ad quam reſtitutionem teneatur hic tranſgrediens, num. 43.*

1 DEfenſionis abuſus, † ac naturæ hominũ peruerſitas, qui dum a tutelæ terminis auerſi, ad vltionis culmẽ peruenire cupiunt: neceſsitatem Legislatoribus oſtẽdit, bilioſorum hominum audaciã reprimere. Modus enim in defenſione adhibendus. Nec niſi neceſsitatè cogente hominem extinguere fas eſſe credimus. Quipe dicente Caſiodoro, *lib. 9. variar. epiſt. 25.* Ille defenſor propriè dicẽdus eſt, qui tuetur innoxiè. Vis enim priuata cuique ad defenſionem conceſſa; dum tamen duæ adhibeantur cautiones; altera vt pro-

propulſandi, non vero vlciſcendi cauſa fiat, *l. ſcientiam 45. §. penult. ff. ad leg. aquiliam, cap. ſignificaſti el 2. extra de homici.* Ramirez *tract. de lege Regia, §. 29. n. 19.* Altera, vt inculpatæ tutelæ moderatio (id eſt innoxiè) inſit. Sic Donelus Enculeatus, *lib. 17. comment. cap. 2. lit. C. F. & H. dicto cap. ſignificaſti el ſegundo,* & ibi Abbas Panormit. *num. 5. cap. vt fama 35. in fine extra. de ſententia excommu.* Ramirez *vbi prox.* Alex. Trentacinq. *pract. reſol. lib. 1. reſol. 1. de defenſione n. 2.* Nam ſicut † defenſio omni iure permiſſa, ita quoque vltio omni iure prohibita eſt, Cuiatius *ad rubr. C. vnde vi. lit. D.* Carolus de Graſs. *tract. de eff. Cleric. efect. 9. num. 254.* Abſona quidem, & omninò vetita vltio omnis, ab Oſualdo appellatur, *d. lib. 17. comment. c. 2. lit. G.* 2

Verum defenſionem (vt cum moderamine inculpatæ tutelæ facta videatur) in † tribus cōſiſtere vulgò creditur. Modo ſcilicet. Tempore. Et cauſa, *gloſ. in l. 1. C. vnde vi.* Trentacinq. *vbi prox. nu. 3. & ſeq.* Iulius Clarus *in §. homicidium, num. 27.* ex Blanc. *in praxi crim. fol. 246. num. 2.* Hypolitus Maya *conſulta. 22. num. 25. p. 1.* & ex Zoan. *defenſ. tri-* 3

*part.p.*2. Oſual. Illygerus, *ad Donel. d. lib.* 17. *cap.* 2. *lit. I.* Abbas *in d. cap. ſignificaſti, nu.* 9. Garolus de Graſis *tract. de effect. Cleri. effect.* 9 *num* 263. Ramirez *d. tract.* § 29. *nu.* 19. Peguera *deciſ. crim.* 78. *a num.* 28. *p* 1.

4 Modus † ergo in hoc conſiſtere credunt: nempe, quod qui inuaditur, ſumum debeat adhibere iuditium, an præter agreſſoris mortem, ſe defendere poſsit: veluti pacem deprecando, vel leuiter hoſtem cædendo antequā liceat illum transfigere. Verum etſi curandū ſit, vt hæc fiant ſi comodè poſſunt; nulla tamen ratio inſtat cur in defenſionis conflictu agonizantem, tanto negotio obligemus; ita P. Soto *tract. de iuſt. & iure, lib.* 5 *q.* 1. *art.* 8. tum (vt ait) quòd melior eſt conditio illius qui inuaditur, poſtquam alter illi offert iniuriam: tum quòd illo temporis articulo, metus non ſinit iuditium liberum. Etſi enim (vt Poeta inquit.)

*Armaque in armatos ſumere iura ſinant.*

neceſſariè tamen curandum eſt, quod † de-
5 fenſio armis ęqualibus fiat, veluti de enſe ad enſem, ſic ex Cepola *conſ.* 41. *col.* 1. Hypol, Maya *conſul.* 22. *nu.* 26. Trentacinq. *pract.*

*pract.d.reſol.1.de defenſione,nu.4.&* 6. Card. Tuſch.*pract.concluſ.lit.D.concluſ.129.nu.4.* Azpelcueta Nauarro *p.2.decret.cap.15.tit de 5.præcepto Decal.poſt num.3.*ex D. Anton. 2. *p.tit.7.cap.8.§.1.* Nec ſi quis me cum baculo inſultet;illum gladio mihi percutere licet, ſi me aliter defendere poſſum,ita communiter teneri a Doctoribus,ex Gramat.*conſ.63 n.2. &* 3.ait Clarus *in d.§.homicidium,n.27.verſ. hinc eſt,*Abbas *in d.cap.ſignificaſti,n.9.*videndus Trentacinq *pract.reſol.lib.1.reſol.1.de defenſione,n.9.* Fallit tamen ſi baculo, vel pugno percutiens, haberet arma ad latus: quia tunc iniuriatus eum gladio occidere poteſt, ſic Trentacinq. *vbi prox.nu.8.*

Haud † diuerſus caſus;ſi robuſtum,fœmina,ebrius,aut in bellis inuadat. Quos ſi manu repellere poſſet,ad vulnera,ſeu cedē proceſſerit; hac ſequta,non minus ac alius homicida tenebitur.Donel.Enucle. *d.lib.17.c. 2.lit.K.& L.*E,autem conuerſo,ſi robuſtior inermis,fretus tamen robore manus, debillem pugione armatum inuadat? nullus in his exceſſus conſideratur,cum nec ſemper armorum paritas requiratur, ita ex Donel. *ad l.1.* 6

C. *vnde vi,num.*7.Oſual.Illig.*d.cap.*2.*lit.L.* Trentacinq. *d.reſol.*1.*de defenſione, numer.*7. Matth.de Aflictis,*ad cōſtit.Neapol. lib.*1.*rub.* 8.*n.*51.Peguera *deciſ.cri.*78.*n.*28.*p.*1. Immo hoc caſu diſparitas, nec videtur; cum robur vnius, armorum diſcrimen æquet. Sed quid
7 vlterius, † an percuſio aduerſarij prius expectanda ſit? Annuunt quidam. Negantium tamen veritas, & ratio, Tuſch.*pract. concluſ.* *lit.D.concluſ.*129.*num.*6.*&* 20. Laymau. *de Theologia moral.lib.*3.*ſect.*5. *tract.*3. *p.*3. *c.*3. *n.*1.ex multis a ſe allegatis,Carolus de Graſſis *de effect.Cler.effect.*9.*nu.*256.*&* 257.Aflictis *ad conſtit.Neapo.lib.*1.*rub.*8.*nu.*52. Nam ſufficit terror, & manifeſta nocendi voluntatis ſigna: quia non tantum periculi præſentis: ſed & propinqui etiam iuſtus metus eſt: ſiquidem aduerſus periculum, naturalis ratio permittit ſe defendere Hēricus Riisvuich *in paratil. verbo defenſio*, *&* *in tom.* 1. *regul.* Et ideò occurrere in tempore, & præuenire tutius,Oſual.ad Donel. *d.cap.*2.*lit.* *E*. Eſt e-
8 nim (ait) defenſio † eminentis offenſionis propulſatio. Cardin. Toletus *in ſumm. lib.*1. *cap.*80.*num.*6. Ex propter, is verè propulſat qui

qui præuenit, nec vim admittit, Donel. *ad l.* 1 C. *unde vi, num.* 3. Quin vero (ait P. Soto. *d. art.* 8.) qui vidit hominem in ſe rectà euaginato gladio tendere, & timet conſertis manibus ſe defendere non poſſe, poteſt ſagitta eminus iacta, vel globulo, illum ſolo ſternere. Hæc enim eſt defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Nec huius terminos egreditur, † qui agreſ- 9
ſorem alapa percutere volentem, interficit. Iure enim hoc facit ſi aliter alapam, ſine decore euadere non poterat, Peguera *deciſ. criminal.* 78. *poſt nu.* 25. *p.* 1. videndus Tuſch. *d. concluſ.* 131. *num.* 9. *lit. D.* vbi hoc caſu di-
ſtinguit, eſtque notandus. Quid ſi † agreſſor 10
pedem referre cęperit? Tunc neceſsitas ceſſare videtur, nec percuti poteſt, niſi eo animo diſcedat vt illico pugnam redintegret, Oſual. *d. cap.* 2. *lit. H.* Inſultatus tamen non peccat ſi agreſſorem inſequatur eumque percutiat, tantum, quantum ad ſui honoris defenſionem opus eſt: nam etſi hoc nō ſit perſonam, aut fortunas defendere; eſt tamen defendere honorem, quem eò vſque defendere licet, vt etiam occiſio ſi ad id opus fuerit, permi-

permittatur. Nauarro Azpilcueta, 2.*p. decret. cap.* 15.*de* 5.*præcep. Decalogi, nu.* 4.*in fine*, quē ſequitur Baiardus, *ad Clarum, §. homicidium,*
11 *num.* 93. Hoc tamen intelligas † ſi quis iniuriam ſuſtinuiſſet vt alapam, vel fuſte leuiſſimè percuſſus eſſet (quæ percuſſio, in Hiſpania præſertim, tam atrox iniuria iudicatur Soto *d.q.* 1.*art.* 8.*ad finem*) Magnamque honoris iacturam faceret, ſi fugientem non perſequeretur, Nauarro *vbi proximè.* Quibus ceſſantibus ſi agreſſus fugientem agreſſorē perſequatur, & occiderit: puniendus procul dubio eſſet ſaltim extraordinariè, tanquam reus culpæ, Oſual. *d. cap.* 2.*lit.* H. Tuſch. *d concluſ.* 131.*nu.* 8. Peccaret etiam eo caſu; quoniam illud, iam ſumere vindictam eſſet, defenſioniſque limites tranſgredi. Nauarro *vbi*
12 *proxime, verſ. contra vero.* Quid ſi † prouocatus, armis, & iniurijs inuaſus, domi occluſo oſtio tutus eſſet. An ſi prouocatus, prodeat aduerſariumque occidat, pro homicida habeatur? Fatetur Donel. *d. lib.* 17.*cap.* 2.*lit. L.* Non minus ac alius homicida tenetur, ait, cum videatur moderamen inculpatæ tutelæ exceſſiſſe. Salua tamen pace tanti viri crudelis

delis videtur aſſertio. Culpatur ab eo occlu
ſi exitus. Sed parcatur ob honoris ſui cu-
ram; ne iniuriam ſuſtinẽdo, pro vili, abiecto,
ac infami habeatur. Ignoſcendũ enim ei eſt
qui ſe voluit vlciſci probocatus, *l. qui cum*
*natu, §. ſi libertus. ff. de boni s libertor.* Si egre-
dienti domum, agreſſor foris exiſtens eum
inuadit, quid ni ſe defendet? Etſi ſe defendẽ-
do illum occidat, quare nec minus ac alius
homicida tenebitur? Ne quia exijt? ſi ſic ho
nori ſuo conſuluit, & reſpondit, indulgen-
dũ ei eſt. Nec vt alius homicida teneri poſſe
videtur, etſi iam foris exiſtens, à prouocante,
nec inuadatur, nec prouocetur, maximè ſi in
iuriator, nec deſiſtat pedemve ſtruat: quid
quod † honoris dolor, vt iuſtus excuſationẽ 13
præſtat. Difficilimũ enim eſt, iuſtũ dolorẽ tẽ-
perare, *l. ſi adulteriũ, §. Imperatores, ff. ad leg.*
*iul. de adulter. infra quæſt. ſequen.* Sed in Cle-
rico, & Monacho, Doneli opinionem verã
crederem; nam illi, non mundi honores ha-
bent in armis, P. Soto *d. art. 8. in fine*: ſed ar-
ma in virtute, & humilitate. Verum quæ ſu-
pra proxime dicta ſunt, † intelligas vellim 14
quo ad mundum: nam quo ad Deum, & quo
ad

ad illud vt Chriſti Diſcipuli videamur, aliud crederem: quia incluſum domum non exire, (& ſi prouocatus & diffidatus) ſecundum rei veritatem, & ſapientum iuditio: non eſt de decus: nam vbi virtus nō defenditur, nullus eſt honor, quippe qui eius eſt premium, ſic Soto *vbi proximè*.

Item † circa modum, dicitur defenſio facta cum moderamine inculpatæ tutelæ, in-
15 noxiè tuēdo ſe quis: ideſt quidquid factum eſt à defenſore cum ſe aliter tueri nō poſſet, ita Donel. *vbi ſupra, d. cap. 2. lit. I.* Sed ego dicerem, quod etiam ſi aliter ſe ſaluare poſſet defenſor, & agreſſorem occidat, non peccaſſe in exceſſu moderaminis inculpatæ tutelæ videatur: quid quod multi fugiendo, ſe ſal-
16 uare poſſunt; † ſed ad id non tenentur, Trēcacinq. ex communi opinione, *d. reſolut.* 1. *de defenſione, num.* 2. ex Riminal. *conſ.* 44. *nu.* 12. ex Bart. Iaſ. & alijs, Carolus de Graſis *d. effectu* 9. *num.* 261. Oſual. Illig. *ad Donel. d. cap.* 2. *lit.* K *ad finem.* P. Soto, *d. q.* 1. *art.* 8. *prope ſinē, verſ. reſpondetur nihilominus*, Abas *in d. cap. ſignificaſti el* 2. *extra de homicidio. nu.* 9. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 129. *nu.* 22. *lit. D.* commu-

nem

nem referens opinionem, id ipſum tenet Decius, *in l. vt vim, n. 35. ff. de iuſt. & iure.* Alex. *conſ. 109. nu. 4. vol. 8. & conſ. 119. n. 12. vol. 7.* etiam ſi ſine periculo fugere poſsint. Trentacinq. *vbi proxime*, ex communi, Oſual. *d. c. 2. lit.* K. Et † in quocumque genere perſonarum procedit. Trentacinq. Oſual. & alij, *vbi prox.* Abbas *in d. cap. ſignificaſti nu. 9.* Tuſcus *d. concluſ. 131. num. 7.* Andr. Tiraquel. *tract. de nobilit. cap. 20. num. 63. 64. & 65.* Nam quo ad hominum petulentias non ſuſtinendas, & quo ad animi, & proprij valoris æſtimationem, omnes æquales creduntur; tanquam illud à natura habentes. Iura enim non diſtinguunt, nec vim fugiendam, ſed repellendam dicunt. Et quia *tueri* verbum defendendi ſignificationem habet, non fugiendi, ſic Oſual. *vbi ſupra.* Fugere enim, vltra quod periculoſum frequentius eſt, & ſemper animoſiorem reddit aduerſarium; dedecus, & ignominia iudicatur, Tiraquel. *d. cap. 20. num. 65.* Oſual. Illig. *vbi prox.* P. Soto, *ſupra citato loco.* Decius *in d. l. vt vim, num. 35.* Trentaquinq. *d. reſol. 1. de defenſione num. 5.* ex *l. item, apud §. 1. ff. de iniurijs.* Tuſco *d. concluſ. 129. n. 22.* 17

*lit. D*, ex Bal. *in l.* 1. *C. vnde vi, num.* 8. *verſ. ex hoc determina*, & ex Alexan. *a ſe relato, ſecun-*
18 *dum communem*. Igitur † fugam recuſare, vimque vi repelere; & honorem, & vitam defendere eſt. Honorem, fixis pedibus ei reſpondere, & ſe defendere. Vitam, viribus omnibus procurans ne ab agreſſore occidatur. Necis ergo à defenſore, inſultanti illata, & ſi ille commodè fugere poſsit; & permiſſa, & impunibilis eſt, communem opin. eſſe Iaſ. *in d. l. vt vim, num.* 38. fatetur, vbi etiam Decius, *num.* 35. per Clarum *d. §. homicidium. num.* 25.

19 In Clericis † ergo, & Monachis generalẽ illam Doneli ſententiam, veram eſſe crederem: Nam Clericus, vel Monachus, antequã ad agreſſoris necem perueniant; ſi commodè poſſunt neceſſariò fugere debent. P. Soto *d. q.* 1. *artic.* 8. *circa finem, verſ. qua propter.* Cardinalis Toletus *in ſum. lib.* 1. *c.* 80. *n.* 11. Leſius *d. tract. de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 8. *num.* 44. Abbas *in cap. ſignificaſti el.* 2. *de homicidio num.* 9. *& in cap. Clerici num.* 2. *extra de vita, & honeſt. Clericor.* Felinus *in cap. dilecti filij, num.* 21. *extra de exceptio.* Quia ipſis

fuga ignominioſa non eſt, ita *ex cap. ſuſcepi-
mus de homicidio*, Couar. *in clemen. ſi furioſus,
p. 3. §. vnico, num. 4.* Diſſentit Graſsis, *tract. de
effect. Cleric.* vt refert Maya *d. conſ. vlt. 22.
num. 11. in fine*, id ipſum tenet Bolognetus
*in d. l. vt vim, num. 92.* (licet in Monacho,
cum mortuus mundo videatur, aliud dicat)
refert Baiard. ad Clarum *d. §. homicidium, nu.
92. & 93.* Retenta tamen communi veriſsi-
ma opinione, quod † Clericus fugere tenea- 20
tur; videndum eſt, quid ſi id facere recuſet;
an irregularis fiat, an verò peccet, an vtrũque
incurrat? Reſpõdit Leſius *d. dub. 8. n. 44.* quod
& ſi non peccent contra iuſtitiam, fiunt ta-
men irregulares. Abbas *in d. cap. Clerici ad fi-
nem, & in d. cap. ſignificaſti num. 9.* & ex *gloſ.*
& Cardin. *in d. clement. ſi furioſus de homici-
dio q. 26.* vna cum Silueſtro *verbo excommu-
nicatio 6. q. 3.* Didacus Couar. ex cõmuni opi
nione *in repet. d. clement. ſi furioſus p. 3. §. vni-
co, num. 4.* idem Silueſter *verbo homicidium 1.
num. 3. verſ. tertium.* Qui idem procedere te-
nent in laycis; nam & ſi non cogantur fuge-
re; tamen ſi dum commodè poſſunt ad offen
ſoris necem perueniant, irregulares fiunt,

 Co-

Couar. *vbi prox. verſ. ſed in eo.* Quod intelligit, Diana *tract.* 1. *miſcel. reſol.* 16. ſi non ſit nobilis qui fugiendo infamiæ notam incurrat;
21 hic enim † & ſi agreſorem occidat, irregularis non ſit, & ad ordines abſque diſpenſatione promoueri poteſt, ſic Diana *vbi ſupra*, ex Suarez 3. *p. tom.* 5. *de cenſ. diſput.* 48. *ſect.* 1. *num.* 6.

Sed Clericorum fugam ex eodem Couar.
22 *vbi ſupra*, limita, † quando periculoſa eſt: vt ſi propriæ mortis periculum induceret: vel ex inſtantia inimicorũ a tergo: vel ex agreſſoris audacia in aſſequendo illum fugientẽ videntis; animum occidendi reciperet. Quo caſu Clericus fugere nec tenetur, nec irregularis fit agreſſorẽ occidendo. ¶ Contraria tamen
23 † prædictis eſt opinio Graſsis *de effectib. Cleri.* relata à Maya *d. conſult.* 22. *num.* 11. vbi Clericum modum excedentem in ſe defendendo, puta non fugiendo propter euitandam infamiam, irregularẽ non fieri. Conſonat Soto, *vbi proxime*, ibi: *Quare ergo vix illud credere quaam. Exempli gratia: Decernit Clement. modo citata, Clericum qui ſe defendendo hoſtem occidit, non eſſe irregularem: quod ergo*

*ergo qui per leuiſſimam culpam venialem, cauſam dedit homicidio, ſcilicet quia non vſque adeo proſpexit, an citra illud poterat ſe defendere, irregularis fiat; neſcio quis credet.* Verũ eorũ opinio, vt peregrina, contra ſupradictam cõmunem, & ab omnibus receptam; quid intereſt? Sed noſtram proſequendo, vlterius videamus. An Clerici ob dictam fugæ recuſationem, vltra irregularitatem, peccati etiã crimen comitant. Haud facilè iudicabitur. Non enim peccare illos contra iuſtitiã aſſeruit Leſius *vbi ſupra*: Sed contra conſcientiã fatebimur ſi propoſitio illa vera eſt. Nempe Irregularitatem † non eſſe vbi non eſt pecca- 24
tum: ſed hic adeſt irregularitas vt ſupra oſtẽſum eſt: ergo & adeſt peccatum. Maior propoſitio probatur; irregularitas eſt pœna; ſed pœna abſq; delicto imponi non poteſt, *l. ſancimus* 22. *C. de pœnis, l.* 2. *§ nulla, ff. de Decurionibus*: Ergo irregularitas, niſi hic adeſſet delictum (& per hoc peccatum) imponi non poſſet P. Soto *d. lib.* 5 *q.* 1. *art.* 9 *ad finẽ*. Difficile enim (inquit) eſt creditu, quod irregularitas, quæ ceu pœna propter culpam imponitur, incurratur ex ſola veniali culpa, Leſius

*d. cap.*

*d.cap.9.dub.* 11, *num.*73. Vnde (ait) cum abſit culpa, non debet cenſeri irregularis.

25 Et licet † cõtrariũ teneat Caieta. quẽ Soto, *vbi prox.* refert, vbi docet, citra mortalem in curri irregularitatem, propter aliquam culpam, Armilla *in ſum. verbo irregularitas, n.* 14 Silueſter *in ſum. verbo ebrietas, nu.* 5. Tamen abſolutè dicendum eſt, nullam irregularitatem propter culpam impoſitam, poſſe incurri ob peccatum veniale, Soto *vbi proxi.* Azpilcueta Nauarro *tract. de irregularit. nu.* 252 *in fine*, Conink *lib. de Sacrament. diſp.* 18. *dub.* 2 *num.* 12 & 13. Et ratio aſsignatur, quia cũ grauiſsima ſit irregularitatis pœna: non poteſt cenſeri imponi ob veniale peccatum: nã alias pœna excederet delictum, contra *tex. Deut. cap.* 25. *verſ.* 2. & *Apocalip. cap.* 18. *verſ.* 7. *cap. felicis, verſ. caterum,* & *verſ. illud autem, in fine, de pœnis in* 6. *can. non inferamus ſtateras in fine*, 24. *q.* 1. Quin immo Pontifex non poteſt ob veniale peccatum purè, irregularitatẽ imponere, vt ſentit Suarez *diſput.* 40. *ſect.* 3. *num.* 17.

26 Ex quibus & ex ſupra probatis, (nempe Clericum fugere valentem, & ſic occidentẽ in-

inuaſſorem; irregularitatem ex delicto incurrere) ſequitur clarè, talem Clericum inuaſorem ſic occidentem, mortaliter peccare.

Diſtinctio † tamen hoc in caſu non videtur innanis. Aut Clericus ſecundum communem Doctorum ſententiam iuridicè inductam hoc in caſu, ſciuit recordatuſque eſt, ſe fugere debere ſi comodè poſſet. Aut obligationem hanc fugiendi ignorabat. Primo caſu, ſi non fugit, agreſſoremque occidit; vltra irregularitatem illum peccaſſe credere: quia in cõſcientia fugere tenetur; etiam & laycus ſi credimus, ex Abbate *in cap. ſignificaſti, el 2. col. penul.* & alijs relatis, Decio *in d. l. vt vim, num.* 35. 27

Secundo autem caſu, aliud dici poteſt: nã qui † ignorat non conſentit, *l. nihil.* 117. *ff. de regul. iuris, l. ſi per errorem* 15. *ff. de iuriſdict. omn. iud. l. non idcirco,* 9. C. *de iuris & facti ignoran. l. conſenſiſſe* 2. *in princ. ff. de iud. l. ad probationem* 23. C. *de locato, & conducto.* Ignorantia enim eſt conſenſui contraria, *d. l. ſi per errorem.* Ariſtot. 3. *Ethicor.* & vt D. Auguſtinus ait, contra Fauſtum. Peccatum non eſt niſi quatenus voluntarium. 28

Et

Et adhuc † Clericum conſultum eſſe ve-
29 lim; quod licet hoc caſu non incurrat irregularitatem: tamen vt coitet ſcandalum, cautiùs faciet ſi celebrare deſinat quouſque de præſumpta irregularitate abſolutionem (vt ita dicam) vel declarationem, ſolummodo ad euitandum dictum ſcandalum, obtineat: nam cum ſcire vtrum Clericus tunc temporis de fuga cogitaret, an non, ſit quid in mẽtẽ conſiſtens: ipſi tantum Clerico proderit, vt ſecum conſulat an ſit irregularis nec ne; non autem vt vulgus illud ſciat, cum ſemper ex aparientijs iudicet. Hæc ſufficiant ad noſtram defenſionis materiam à qua paulisper digreſsi ſumus. Reuertamur.

Conſiſtit † etiam defenſio cum modera-
30 mine inculpatæ tutelæ; circa tempus: ideſt, quod defenſio fiat incontinenti, non autem ex interualo, *l. ſed & partus* 12. §. 1. *vbi gloſ. ff. de eo quod metus cauſa, l.* 1. *vbi etiam gloſ. C. vnde vi, l.* 3. *§. cum igitur, l. qui poſſeſſorem* 17. *ff. de vi, & vi armata.* Trentacinq. *pract. reſol. lib.* 1. *reſol.* 1. *de defenſione, num.* 16. *verſ. in ſecundo modo*, tenet ex Boſio *in praxi. tit. de homicidio, n.* 52. Hypolitus Maya *conſulta.* 22.

*poſt*

*poſt num. 26. verſ. circa tempus*, Ramirez *trac. de lege Regia, §. 29 nu. 19.* Oſuald. ad Donel. *lib. 17. comment. cap. 2. lit. G.* vbi ſic Athenis, (ait) accuſatione ex lege Draconis non tenebatur, qui ſtatim pellendo agreſſorem interemerat. Defenſio enim † incontinenti facta 31
dicitur, ſi fiat ad effugiendam repercuſionē, Maya *vbi ſupra, n. 27.* ex Bald. *conſ. 312. lib. 4.* Si fiat antequam ſe diuertat ad actus extraneos, *gloſ. in d. l. 3. §. eum igitur*, verbo *incontinenti*, Doctores *in cap. ſignificaſti, el ſegundo, de homicidio*, & ibid. Felinus *num. 12.* Trentacinq; *vbi prox. d. num. 16. verſ. in ſecundo*, ex Bart. *in l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de noui. oper. nuntia.* & ex alijs, Matt. de Afflictis *ad conſtit. Neapol. lib. 1. rub. 8. nu. 53.* Si in ipſo actu, aut flagrāte adhuc maleficio inuaſor occidatur, *Gloſ. in d. l. 1. C. vnde vi*, verbo *moderatione*, & *ex l. ſi ex plagis, 53. §. tabernarius, ff. ad leg. aquil.* Trentacinq *vbi prox. citatus*, Peguera *deciſ. crim. 78. num. 29. p. 1.* Si fiat ante ſedatā rixam, Iul. Clar *d. §. homicidium, n. 27. verſ. ſic etiam.* Et † finaliter, incontinenti factum in- 32
telligitur (Oſualdi ſunt verba) etſi aliquod minimum ſpatium interuenerit; modo non

 tan-

tantum, vt præſenti periculo ereptus denuo armis pugnã redintegret, *cap. ſignificaſti, cap. vltimo extra de homicidio.* Punctus † tamen
33 hic, an incontinenti facta defenſio dicatur, iudicantis arbitrio relinquitur, Trentacinq; *d. nu. 16. verſ. in ſecundo*, Dixi in Additionibus *ad Albaranum mercatoris*, Amici mei D. Ioſephi de Niño *lit. X. verſ. his pralibatis, in fine*: Quia de hoc certa lex fieri nõ poteſt, vt Ariſtot. *lib. 4. Ethicor. cap. 5. Ergo quantũ-quiſque* (inquit) *vel quomodo modum egreſſus vituperandus ſit, non eſt facile explicare oratione, in rebus enim ſingulis, atque in ſenſu poſitũ iuditium eſt.* Limita tamen cum Trentacinq. *vbi prox. num. 17. in fine*, vt licitum mihi ſit etiam ex interuallo agreſſorem meum occidere, quãdo accuſaui illum in iuditio, & fuit captus; quem poſtea fugientem video, ex Baldo, Felino, & alijs, *ibidem relatis.*

34 Circa † cauſam defenſio conſiſtit, & permiſſa eſt; nempe, vt quod facio ſit ad defenſionem ordinatum, non verò ad vindictam, *d. l. ſcientiam, §. qui cum aliter*, Donel. *d. lib. 17 commen. cap. 2. lit.* F. Trentacinq. *vbi prox. nu. 18.* Petrus Plaça *in epit. delictorum, lib. 1. c. 28. num.*

*num.* 20. Maya *dict. conſulta.* 22. *poſt num.* 27. Iulius Clar. *vbi proxim. poſt numer.* 27. Nam † vltio, & diuino, & humano iure 35
odioſa, & nefaria. Hinc cum Petri Apoſtolorum Principis defenſio in horto, potius vindictæ quã defenſionis ſpeciem haberet; ipſi à Chriſto Domino, prohibita fuit, Matt. *cap.* 26. ſic P. Leſius *tract. de iuſt & iure, lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 8. *nu.* 50. *Qui* ergo *vindicari vult* (Eccleſiaſt. verba *c.* 28) *à Domino inueniet vindictã, & peccata illius ſeruans ſeruabit.* Mihi † vin- 36
dictam, & ego retribuam (ait Dominus) Deutero. *cap.* 32. Ideſt, pacientiam mihi, & ego remunerabo, Tertul. *cap.* 10. *in libro de paciẽtia.* ¶ *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum,* aſſerit Propheta Rex, *Pſalm.* 93. Quid? Deo enim quodammodo ius aufert, qui ſua manu vindictam ſumit. *Mea eſt vltio,* inquit. Ergo non hominum. Inde Apoſtolus *ad Roman. cap.* 12. *Non vos metipſos defendentes chariſſimi* (ideſt vlciſcẽtes, vt ex Græco ſermone patet, ibi: ἐν ὑμᾶς ἐκδικοῦντες ita Leſius *vbi proxime, n.* 50. *in fine*) *Sed date locum iræ: ſcriptum eſt enim, mihi vindictam, & ego retribuã.* Protulit Dominus, *Leuit. cap.* 19. *verſ.* 18. *Non*

*quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuorum.* Hinc vltra præceptum comoditas: *Nam cum adeò ſatis idoneus patiẽtiæ ſequeſter ſit Deus; ſi iniuriam depoſueris pœnes eum vltor eſt; ſi damnum, reſtitutor; ſi dolorem, medicus eſt; ſi mortem, reſucitator,* Tertul. *lib. de pacientia c.* 15. Quæ alia comoditas? Reſpondeat idem Tertulianus, *cap.* 10. *Iam ſi leuiùs defendaris inſanies, ſi vberius oneraberis: quid ergo mihi cum vltione cuius modum regere non poſſum per impatientiam doloris?* Quid non inſania patrauit? Eſſet quidem longum adeò illius facinora recenſere. Quare † pro viri-
37 bus curandum, ne ad furorem ex ira deueniatur: ne aliquis ea percitus, quidquam atrociùs agat. Ira enim (dicente Seneca *epiſt.* 18.) inſaniam gignit Horat. *epiſt.* 1. Iram, furorem breuem eſſe, edixit. Cato maior dicere ſolebat; iratum ab inſano, tempore tantum diſtare. Stobeus *de ira, ſerm.* 18. carmen Philomonis recenſens, ita ait

*Inſanimus omnes cum iraſcimur.*

Quod etiam faſus eſt moralis ille philoſophus, celeberrimuſq; Poeta Franciſcus Petrarcha dum aſſeruit.

*Ira*

*Ira è breue furor, è chi nòl frena,*
*E furor longo, che il ſuo poſſeſſore,*
*Speſſo auergogna, è tal hormena à morte.*

Apolloni⁹ *ad Macedonẽ*, hæc protulit verba.

*Inſania flos eſt iracundiæ.*
*Affectus iræ niſi curentur ac caſtigentur,*
*In mortalem morbum abeunt.*

Vnde † Imperatori Theodoſio, (qui facile 38
comouebatur) ne ira in inſaniã verſa aliquid aſperum gereret; præcepta illi à Liuio tradita fuere, & inter alia præcipuè hoc: vt cum iraſci cepiſſet, quatuor atq; viginti literas grę cas memoria recenſeret, vt illa cõcitatio quæ momenti eſt, mente alio traducta, parui temporis interiectu langueſceret; refert Iuſtinus, *hiſtor. exter. in vita Theodoſij*. Plato etiam iratus olim in famulum, ſic iram temperauit. Vocato & aſsiſtente Xenocrate dixit; accipe, & hunc flagelis afice; ego enim iraſcor: quod latius deſcribit Seneca, *libr. 3. de ira*, Plutarch. *libr. de liberis educandis*, Valer. Maxim. *libr. 4. capit. 1. de animi moderatione, verſic. 2. in extern.* ¶ Architas ſimiliter Tarentinus Philoſophus Pitagoricus, Platoniſque contemporaneus, vt

præ-

præceptoris ſui monita ſequeretur, quũ villico ſeruo, qui grauiter delinquerat ſuccenſuiſſet, ait: Punierem certè nunc te, niſi iratus eſſem. Timebat enim ne ira bacchatus, sãctam, moderatamque iuſtitiæ vltionẽ tranſgrederetur, Marc. Tul. *lib.* 4. *Tuſcul. quæſt.* Plato. *lib. de ſera nimium vindicta*, Lactantius *lib. de ira Dei, cap.* 18. Valer. Max. *d. lib.* 4. *cap.* 1. *verſ.* 1. *exter.* Ob quod Cicero. *lib.* 1. *epiſt.* 2. Diligenter (inquit) ſummaque ope niti decet, nec latum quidem vnguem ab eis diſcedere, tenendaque ſunt, vt iracundiam comprimamus, ne in furorẽ deinde rapiamur; ſimuſq; vel nobis ipſis, vel alijs iniurij. ¶ Nec
39 hoc, † ſaltim prudentibus, adeò dificile eſt, vt præuiſione, aliqualiue conſideratione, nõ conſequatur. Conducit Horatius *lib.* 1. *epiſtolarum*, dum ait.

*Nemo adeò ferus eſt, vt non miteſcere poſſit,*
*Si modo culturæ pacienter comodet aurem.*

Quos, & generoſiores etiam, ira minus aſtringit. Quo quiſque enim (Platone dicente, *lib. de republica*) natura generoſior eſt, eo mitius iraſcitur. Cui adſtipulantur Ouidij Carmina.

*Quo*

*Quo quiſq; eſt maior, magis eſt placabilis iræ:*
*Et faciles motus mens generoſa capit.*

Hæc † etſi ita ſint, tamen propter iram in- 40
dulgendum vltori eſt, ne vt homicida teneatur. Ira enim, vt cũ Horatio dicebamus, brebis futor eſt: quo admiſſo, neceſſario homini aliquid condonandum eſſe fatebimur: nã homo (dicente Seneca in proberb.) cũ iraſcitur, exrra corpus ſuum eſt. Exijſe enim (inquit Cicero *in Tuſculan. lib.* 3.) de poteſtate dicitur is, qui effrenatus fertur iracũdia, quę eſt vlciſcendi libido. Ea propter, cum vlciſci iniuriam magis naturam atingat humanam, teſte Ariſtot. *lib.* 4. *Ethicorum, cap.* 5. Conducit illud.

*At vindicta bonum, vita iucundus ipſa.*

Meritò inculpatæ tutelę terminos egrediẽs, aliquemque occidens; non vt homicida, ſed mitiùs puniendus eſt: nam primi motus, &c. & vt Claudianus Poeta.

*Dijs proximus eſt ille, quem ratio non ira*
*mouet.*

Indulgendum enim † ei eſt, qui ſe voluit 41
vlciſci prouocatus, ita *tex. in l. qui cum natu,* 14. *§. ſi libertus, ff. de bonis libertorum,* Rami-

rez

rez *tract. de lege Regia, §. 29. nu. 19. ad finem*: Nam quæ ob iram, aliaſq; animi perturbationes quæcunq; neceſſariò, vel natura hominibus accidunt, iniuriam quidem faciunt, ſed nondum idcirco ſunt iniuſti, vel praui, ita Ariſtot. *lib. 5. moral. Nichomachiorum cap. 8.*

42 Et ideò, † quod moderamen legitimæ defenſionis ſuper grediens, & ſic agreſorem interimens, debeat ob exceſſum puniri (non tanquam doloſus, ſed tanquam culpabilis) mitius, extraordinaria arbitrio iudicis pœna, tenet Ioan. Andreas, *in additio. ad Speculator. in rubr. de homicidio ad finem, verſ. eſt quæſtio, ex l. lex Cornel. ff. ad leg. Corneliam de Sicar. l. 1. C. eod. cap. olim el primero in fine extra de reſtit. ſpoliatorum*, Hypolitus Maya *conſultat. Siciliæ* 22. *num.* 29. *p.* 1. Carolus de Graſis, *tract. de effect. Cleric. effect.* 9. *num.* 264. plures allegans Oſual. ad Donel. *lib.* 17. *com. c.* 2. *lit.* H. Math. de Aflictis *ad conſtit. Neapol. lib.* 1. *rubr.* 8. *num.* 51. *&* *deciſ.* 206. *in fine*, Nicolaus Intrigliolus *conſ.* 15. *n.* 33. Boerius *deciſ.* 168. *nu.* 7. Gramat. *conſ.* 19. *nu.* 8. *&* *conſ.* 36. *nu.* 6. *&* 7. Farinacius *tit. de homicidio, q.* 125. *n.* 385. *cum ſeqq.* plures allegat videndus Tiraquel.

*tract. de pœnis temperandis cauſa* 1. *num.* 1. 6. 8. *&* 9. Alexand. *conſ.* 76. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 1. Conſulendus omninò Alexan. Trentacinq; *d. reſolut. de defenſione à num.* 12. præcipuè *num.* 14. *verſ. ſecunda eſt*, vbi † ab hac tanquam communiter aprobata ſententia recedendum non eſſe conſulit, Addendus Gramaticus, *voto* 19. *num.* 14. quem allegat Maya, *d. conſult.* 22. *nu.* 29. *in fine*, cum alijs: Vbi exceſſum puniri hoc caſſu ait, pœna exilij in trienium. Sed ad quam reſtitutionem teneatur is qui iuſtæ defenſionis modum exceſsit, conſule P. Leſium, *de iuſt, & iur. lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 21. & D. Ferdinandum Rebel. *de obligation. iuſtitiæ p.* 1. *lib.* 3. *quæſt.* *num.* 43

# Quæſitum III.

*Defenſio pro quibus rebus competat?*

## RECOPILLATIO.

*Bona fortunæ, ſecundus hominum ſanguis appellatur, num. 1.*
*Pro rebus noſtris defendendis poſſumus latronem furemve occidere, n. 2. & 23. cum ſeq.*
*Etſi qui furatur Clericus ſit, num. 3.*
*Intellige vt, num. 5.*
*Intellige etiam, niſi res ſint parui valoris, ibid.*
*Et paruitas, iudicantis arbitrio relinquitur, ibi.*
*Furtum impediri poteſt à Domino, etſi res per iudicem recuperari valeant, num. 4.*
*Etſi tunc fur ſe telo defendat, impunè occiditur, ibid. & num. 6.*
*Res occaſionem rixandi præſtant, ſed poſtea ob reſiſtentiam, & interficiendi, nu. 6.*
*Telum eſt quidquid proicitur, aut offendere poteſt, num. 7.*
*Fur nocturnus occidi impunè poteſt, etſi ſe telo non defendat, ibid. & num. 11.*

Am-

Amplia, etiã ſi in actu furandi non inueniatur, dummodo ingrediatur domum, ibid.

Furem occidere pro rerum defenſione non licet de iure canonico neq; in conſcientia, ſecundum aliquos, num. 8.

Clerici pro rerum defenſione furem occidere nõ poſſunt, alias fiunt etiam irregulares, ibid.

Ius occidendi, pro rerum defenſione, non ſolum competit à iure ciuili & canonico, ſed etiã à iure diuino, num. 9.

Intellige vt, ibid.

Clerici occidentes furem pro rerum defenſione, non fiunt irregulares, ibid. & n. 16. iuncto nu. 25.

Pro rerum defenſione furem occidere, an liceat, & quomodo hoc procedat latè, nu. 10. & ſeq. & n. 12. iuncto num. 23. & ſeq.

Pro rerum tutamine, quæ defenſio Domino competat, n. 10. 12. & ſeq.

Clericis licitum eſt omni iure, res ſuas per vim defendere, num. 13.

Fur reſiſtens Domino illum ingredi impedienti ad furandum, poteſt occidi, nu. 14. & 15.

Pro rerum defenſione, extra certos caſſus, furem occidere non licet, num. 17.

*Reſpondetur argumentis in contrarium aſſerentium, num.* 18.

*Tex.* in cap. interfeciſti, de homicidio, *intelligitur, ibid.*

*Dictio, que eſt coniunctiua, & requirit cõcurſum copulatorum, num.* 19.

*Reſpondetur tex.* in l. furem, ff. ad leg. Cornel. de Siccar. & l. 4. ff. ad leg. aquil. *& Acur ſio,* in l. vt vim, ff. de iuſt. & iure, *ibidem.*

*Defenſio propria, eſt illa qua ad corporis tutamen ſit, n.* 20.

*Clericum pro rerum defenſione ſimpliciter, occidentem furem irregularis ſit, contra Leſij opinionem, nu.* 21.

*Reſpondetur* Additionatori *ad clarum, aſſeren ti, licitam eſſe occiſionem* in iure diuino, *pro defenſione rerum, nu.* 22.

*Furem cum refurata fugientẽ occidere poſſum ſi eam recuperare non valeo quin telo eminus iacto feriam, num.* 26.

*Latrones nocturni vulgò* Capeadores *impunè occiduntur, nu.* 27. *& qua pœna teneantur, nu.* 28.

*Latro publicus vulgò* Salteador de caminos, *ſtatim à quocunq; occiditur, n.* 29.

*Nec*

*Nec atenditur (illius odio) moderamen inculpatæ tutelæ, omni iure requiſitum, n. 30.*

*Et occidi poteſt ex interualo, poſt vim illatam,* ad interpræt. l. 1. C. quando liceat ſine iud. ſe vind. *ibi*: Digno illico ſuplico, 31.

*Nocturnus populator, qui agros vaſtat & incendit, occidi impunè poteſt, n. 32.*

*Inuaſſus vt à poſſeſsione deijciatur, poteſt ſe tueri & illam armis defendere; cum moderamine inculpatæ tutelæ, num. 33.*

*Etſi armis agreſſor inuadat, poteſt occidi à poſſeſſore, nu. 34.*

*Intellige prædictam aſſertionem vt, n. 35.*

*Dignitas & officium armis defendi poteſt, numer. 36.*

*Defenſio competit contra debitorem fugientem, debitumq; ſecum adferentem, n. 37. & 38.*

*Et ſi armis debitor reſiſtit, & ſe telo defendat, poteſt creditor ius ſuum exequendo, iniuriã illam propulſare, ad necem vſq; nu. 39.*

*Creditor poteſt per vim eripere debitori ſuo fugienti res debitas quas ſecum portat, n. 40.*

*Quid ſi debitor res debitas non portat, ſed alias æquiualentes debito, an creditori liceat illas auferre, n. 41. & 42.*

Cre-

Creditor poteſt abſq; peccato ſubripere, debitori ſuo rem equiualentem debito, quando id conſequi aliàs non poteſt, num.42.
Debitor fugiens, nihilq; ſecum præter veſtes portans, poteſt capi à creditore, ob ſuarum rerum defenſionem; ſed illi veſtes eripere non poteſt, num.43.
Pro defenſione honoris, quis agreſorem occidere poteſt, nu.46.
Honor eſt cunctis rebus præferendus, num.44.
Honor & vita æquiparantur, num.45.
Pro defenſione honoris, poſſum occidere illum qui alapam vel fuſtem mihi impingere curat, ſi aliter ignominia euitari nequit, n.46
Et poſt alapam illatam, poſſum illum inſequere, & percutere vſq; ad mortem, ſi ignominia id expoſcat, num.47.
Honorem ſuum inultum relinquere, verecundum eſt, nu.48.
Agreſor occidi poteſt quando iniuriæ perſonalis iactura iminet, ſi aliter euadi non poteſt, nu.49.
Iniuria corporalis maior eſt quacunq; reali, 50.
Pro honoris defenſione occiſio, licita omninò eſt, nu.51.

Irre-

*Irregularis an fiat occidens, ibid.*
*Pro defenſione caſtitatis & pudicitiæ omni iure licita agreſoris occiſio, abſque peccato, nu. 52. & ſeq.*
*Exemplis probatur, ibid. & num. 53.*
*Irregularis an fiat occidens, num. 54.*
*Caſtitatis laudatio, num. 55.*

CVm vita ſemper nobis magno ſtimetur affectu; quid mirum ſi ob illius conſeruationem etiam cum vim inferentis nece defenſio competat? Succedunt vitæ res aliæ nō minus ſtimabiles; imò ipſi vitæ equiualentes: Heæ † enim ferè ſemper communi om- 1
nium voto, ſecundus hominum ſanguis appellatur; hoc eſt, fortunæ bona reſq; familiares, *gloſ. in l. aduocati verbo vitam, C. de aduocat. diuerſ. iud.* quam tradit Carolus de Graſis, *in ſuo tract. de effecti. Cleri. effect. 9. nu.* 197. Intrigliolus, *conſ.* 15. *num.* 26. Et cum rerum defenſio, vitæ defenſioni æquiparetur; inde euenit, vt ſicut pro defenſione vitæ licitum nobis eſt agreſorē occidere: ita ſimiliter † pro 2
rerum defenſione nobis competat ius, vt latronem, furem, aut alium volentem eas nobis

bis auferre impunè reſiſtere valeamus, etiam cum illius nece, ſi tales res aliter ſaluæ eſſe non poſſent, vt voluit ex *l. furem 9. ff. ad leg. Cornel. de Siccar. l. 4. ff. ad leg. aquil. cap. interfeciſti el ſegundo extra de homicidio cap. dilecto 6. de ſentent. excommun. in 6. cap. olim el primero de reſtit. ſpoli, Exod. c.* 22. quos tradit & citat P. Leonardo Leſio, *tract. de iuſt. & iur. lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 11. *num.* 66. P. Molina *eod. tract.* 3. *diſput.* 16. *num.* 1. *verſ. contrariam*; hanc eſſe communem opinionem ab omnibus legiſtis receptam teſtatur Iaſ. *in l. vt vim, nu.* 25. *ff. de iuſt. & iur.* vbi Decius *nu.* 31. Iul. Clar. *in § homicidium nu.* 20. & 38. Alex. *conſ.* 138. *nu.* 9. *vol.* 6. Intrigliol. *d. conſ.* 15. *nu.* 23. quem ſequitur Carolus de Graſis *de effect.* 9. *n.* 197. & 198. plures tradit Calixtus Ramirez, *tract. de lege Regia, §.* 29. *n.* 19. Bernar. Diaz, *regul.* 125. Sebaſtian. Medicis, *reg.* 8. verbo *defendere, relati in tom.* 1. *regul. iuris vtriuſq;* Math. de Aflictis, *ad conſtit. Neapol. lib.* 1. *rub.* 8. *nu.* 51. Villalobos *in Collectan. comun. opin. lit. O. nu.* 19. † Etiam ſi clericus exiſtat qui res no-
3 bis auferat, Carolus de Graſis, *d. effec.* 9. *n.* 197 vbi nec percuſorem in canonem ſi quis ſuaden-

dente diabolo incidere, ait; dum tamen res illę non ſint parui momenti, Alex. *d. conſ.* 138 *num.* 11. Intriglio. *d. conſ.* 15. *num.* 24. Didacus Couar. *in repet. Clement. ſi furioſus p.* 3. *§. vnico n.* 6. *verſ. decimò*, nec ſpes probabilis ſit, eas aliter recuperandi, eſt communis ſententia, vt Leſius *d. c.* 9. *dub.* 11. *num.* 66. ex D. Antonino 3. *part. tit.* 4. *cap.* 3. § 2. Medina, Caietano & alijs: nam pro re modici valoris, hominem occidere non licet, Carolus de Graſis, *d. effect.* 9. *n.* 197. *in fine*: (niſi ſubeſſet probabile periculum perſonæ, Additionator ad Clarum, *d. §. homicidium, lit. G. verbo rerũ ſuarum*) quæ paruitas iudicantis arbitrio relinquetur perſonarum qualitate inſpecta, Alex. *conſ.* 138. *n.* 11. Intriglio. *d. conſ.* 15. *n.* 25. Poterit † tamẽ furtum impediri in ipſo actu, & ſi res per iudicem recuperari valeant, Silueſter 4
*in ſuma verbo bellũ* 2. *n.* 3. *in fin.* vbi ait: *Quod quando res per viam iudicij poteſt rehaberi; tũc non licet eã defendere niſi dum eſt in ipſo rapi.* Indecorũ enim eſt, neq; charitas patitur, vt bona mea, me præſente capi patiar, ſic Leſius *d. du.* 11. *n.* 69. Et ideo ſi dũ furtũ impedio, fur reſiſtat & ſe defẽdat, impunè occidi poterit; cũ

Ee iam

iam tunc, & perſona cum bonis in diſcrimine ponatur, Ioan. Bolognetus, *in dict. l. vt vim num. 67. verſ. quam ob rem & verſ. ſequen.* Couar. *vbi ſupr. d. §. vnico num. 6. verſ. ſecundo.*

5 Illud enim † quod furem occidere poſſumus pro rerum defenſione, intelligi oportet adhibito moderamine inculpatæ tutelæ, Aflictis *d. rub* 8. *nu.* 50. hoc eſt, (vltra alia requiſita à dictis Doctoribus traddita) quod ſi à fure res noſtras abſq; illius occiſione recuperare poſſumus, non liceat nobis illum perimere, Oſual. ad Donel. *d. lib.* 17. *cap.* 2. *lit.* K. Licitum tamē erit, illum ſi poſſumus, capere, Oſual. *vbi prox. lit. O.* ex Vult. *ad l.* 1. *C. quando liceat ſine*, & ſic captum iudici remitere.

6 Hoc † tamen intelligo niſi reſiſtat: quia fur ſi ſe telo defendat, communis Doctorum ſententia eſt, vt occidi poſsit, ita ex *cap.* 3. *extra de homicidio, & l.* 4. *ff. ad legem aquil.* Oſuald. ad Donel. *d. c.* 2. *lit. O.* Couar. *d. §. vnico nu.* 6. *verſ. contrarium, & verſ. ſecundo in fine, verſ. quarto*, & *verſ. ſexto*, Math. de Aflictis, *ad conſtit. Neapol. lib.* 1. *rub.* 13. *de homicidijs n.* 1. Iacobus Cuiatius 14. *obſ.* 15, & 19. *obſ.* 12.

Bo-

Bolognetus, *in d.l. vt vim, num. 68.* quia ponit Dominum in periculo, *ibid.* Res enim occaſionem rixandi præſtant; ſed poſtea ob reſiſtentiam, interficiendi, Bolognetus *ibid. & infra prox.* Telum † accipimus pro quacunq; re, quæ aut proijci, aut offendere poteſt, *l. ſi caluitur 233. §. telum, ff. de verbor. ſignif. §. item lex cornelia inſtit. de publicis iudi.* Calepinus *in dictionario* verbo *telum*, Bolognetus *d. num. 68.* Hæc in furante in die. Nam nocturnus fur etſi ſe telo non defendat, occidi impunè poteſt (modo cum clamore teſtificetur, veluti *al ladron al ladron*, Oſual. ad Donel. *d. lib. 17. c. 2. lit. O.* Alex. *conſ. 140. num. 1. lib. 2. tex. in d.l. 4. ff. ad leg. aquil.* Iul. Clarus, *d. §. homicidium n. 38.* Couar. *d. §. vnico num. 6. verſ. quinto, poſt medium* Aflictis *d. lib. 1. rub. 13. nu. 49.*) *cap. 3. extra de homicid.* Couar. *d. §. vnico, num. 6. verſ. ſeptimo,* Exod. *cap. 22.* ibi: *Non ſore reum ſanguinis qui furem nocturnum occiderit*, Panormit. *in c. ſi perfodiens in prin. extra de homicid.* Plato. *dialog. 9. de legibus*, relatus à Couar. *vbi prox. verſ. primus*, *Qui noctu* (inquit) *furem domum ſuam ingreſus interemit, mundus ſit*, & verſ. *quinto* à legē 12. tabul. 7

diti a P. Molina, *de iuſt. & iure, tract. 3. diſpu. 16. in prin.* Hoc probat ratio quædam qua D. Thom. 2. 2. *q.* 64. *art.* 7. vtitur ex D. Auguſtino, *lib.* 1. *de libero arbitrio. Quomodo* (ait) *apud diuinam prouidentiam liberi ſunt à peccato qui pro his rebus, quas contemni oportet, humana cæde polluti ſunt?* Clericiſq; (& alijs) illicitum eſſe pro rerum ſuarum defenſione, furantem necare, tenuerunt aliqui, ex quibus vnus eſt Abbas, *in c. clerici n.* 3. *de vita & honeſtate cleric. & in d. c. ſignificaſti el ſegundo, poſt n.* 9. irregulareſq; eos manere ſi fures occidant, aſſeruit Silueſter, *in ſuma verbo bellum* 2. *n.* 12.

Alij autem tenuere, † licentiam occidendi pro rerum defenſione, competere non ſolum de iure ciuili & canonico, vt Leſius *vbi ſupr. d. dub.* 11. *num.* 66. *verſ. ſecundò probatur*; verum etiam de iure diuino; vt Additionator ad Clarum, *d. §. homicidium lit. G.* verbo *rerum ſuarum*, & in foro conſcientiæ refert Baiardo *ad clarum, d. §. homicidium nu.* 80. & 81. ex Riminal. Iun. *in d. l. vt vim, n.* 359. *cum ſequen.* & Achil. Pedroche *conſ.* 36. *nu.* 340. dum tamen ait, talis defenſio in continenti fiat; & etiam ex interualo vbi iudicis copia 9

non

*extra de homicid.*Couar.*d.§.vnico, nu.6.verſ. primus.* Diurnus tamen fur, cum non credatur veniſſe ad occidendum, ſed ad furādum, Couar. *d.num.6. verſ.octauo*, ſimpliciter occidi non poterit. Accedat (vltra *d.cap.3.*) D. Auguſtinus *ſuper cap.84.quæſtion.in vetus teſtamentum libro* 2. vbi ad interprætationem legum permitentium furem nocturnum occidi poſſe, non ſic diurnum: ita loquitur. *Hoc eſt quod ait ſi orietur Sol ſuper eum: quia poterat diſcernere, quod ad furandum, non occidendum veniſſet : & ideo non debet occidi*, refert Couar.*d.n.6.verſ.contrarium ſanè.*

Procedit enim hoc † vt occidi nequeat, ſi 12
fur aliam non inferat vim. Sin autem reſiſtat, vel contra Dominum volentem res illi per vim auferre, ſe telo defendat: Tunc cum in diſcrimine ponatur, poterit illum iure occidere, *d.cap.3. & d.l.4. cum alijs ſupra adductis*, Caſaneus *ad conſuetud. Burgundiæ, rub.* 1. *§.5.pour la premiere num.*11. Math. de Afflictis *ad conſtit. Neapol.lib.1.rub.13.de homicidijs n.* 1. quaſi tunc, nedum vita, ſed & perſonam defendat: quod omni iure, omnibuſq; perſonis, etiam Eccleſiaſticis licitum eſſe non dubito,

bito, defendit Bolog. *d.l. vt vim, num. 69. & num.* 70. (vbi ampliat etiam ſi rixa propter vilium rerum defenſionem ſuſcepta fuiſſet) ſic D. Thom. 2.2. *q.* 64. *art.* 7. *in reſponſ. ad primum*, refert Couar. *d. §. vnico, n.* 6. *verſ. tertio.*
13 Clericis enim † licitum eſt omni iure res ſuas defendere, etiam per vim, *cap. dilecto* 6. *de ſent. excommun. lib.* 6. *cap. olim* 1. *de reſtit. ſpoliat.* Silueſter *in ſuma* verbo *excommunicatio* 6. *num.* 6. *verſ. nono circa modum* (licet aliqui vſq; ad mortem facultatem hanc non extendant.) Si ergo eis ius hoc permiſum eſt, & dum illud exercent, latro furve vt liber cum bonis euadat, reſiſtit, ſuumq; defendendi ius impediat; quid nec clerici illum impunè occident? Silueſter *vbi proximè d. verbo excommunicatio* 6. Reſiſtentia enim furis contra meā defenſionē, vt liber effugiat cum bonis; non aliter cōtingere poſſe videtur, quā me ipſum offendendo: ergo clericus iuſtè illum occidet, cum potius tunc perſona defendatur, Couar. *d. §. vnico, num.* 6. *verſ. tertio in fi-*
14 *ne.* Nec diſpar ratio, † ſi fur reſiſtat Dominū illum ingredi impedientem ad res furandas. Nam tunc Dominus eademmet ratione fu-

rem

rem iuſtè occidet; quia etiam in vitæ pericu-
lo conſtitutus eſt, *vbi prox. d. verſ. tertio.*

Et cum his vlterius iudicium noſtrum de-
claramus; quod ſi † clericus (vel alius) qui dũ 15
furi reſiſtit & impedit ne bona auferat, eum
viderit tam animo tumultuatum, quod pro-
babiliter credat, latronem vel furem ictum
percuſionemve aliquam ſibi inflicturum, vt
cum bonis furatis euadere queat; poterit il-
lum præuenire & occidere, eodem modo
quo ſupra diximus hoc eodem libro, *q. 2. n. 6.*
Nam primam percuſionem ſpectare; quia pe-
riculoſum, nulla dictat ratio vt cuipiam tan-
to negotio obligemus, Bar. *in l. idem eſt n.* 1.
*ff. de vi, & vi armata.* Bona enim vt proximè
aſſeruimus, ocaſionem quidẽ iuſtam rixandi
tribuunt: Si ergo in rixa, vita Domini contra
furem rixantis periculum habeat; quis dubi-
tabit defenſionem cum furis nece illi compe-
tere? Omni iure, & omni lege diuina & hu-
mana permiſſam. Quibus caſibus, † clericum 16
latronem occidentem non eſſe irregularem
certò crederem, ad Couar. *d. §. vnico num. 6.*
*verſ. vndecimo in fine.*

Ecce in his, certiſsimum videtur, furan-

tem bona occidi poſſe omni iure, omni lege, in foro conſcientiæ, & à quocunq; etiam clerico abſq; metu irregularitatis: quia potius perſonæ, quam bonorũ defenſio creditur vt dicebamus. Igitur † pro defenſione bo-
17 norum, extra caſſus ſupra à nobis relatos furem occidere non licebit. Hanc conſequentiam tenendo, nec Leſij opinio, *vbi ſupra d. dub.* 11. *num.* 66. (aſſerentis, pro rerum defenſione licitum eſſe furem occidere de iure ciuili & canonico) vera iudicari poteſt, ſic ſimpliciter abſq; ſupradicta noſtra diſtinctione.
18 Nec † textus Canonicos quos *d. nu.* 66. *verſ. ſecundo probatur*, adfert; quidquam faciunt: Quin immo ſupradictæ meæ diſtinctioni adſiſtere videntur. Nam *cap.* 1. *de reſtit. ſpol. & c. dilecto, de ſententia excommunic. in* 6. Licentiam tribuunt rixandi & reſiſtendi; quod & ego fateor *vbi ſupr.* non verò licentiam tribuunt occidendi. Textus etiam in *cap. interfeciſti, de homicidio*: Solummodo mortem furi inferre concedunt, meo ſupradicto caſſu; ideſt quando reſiſtit fur: cum tunc, non ſolum bona, ſed & perſonam ſuam quis defen-
19 dat, ibi *te tuaq; liberando*. Si † quidem dictio

*que*

*que* eſt coniunctiua & requirit concurſum copulatorum, *l. ſi hæredi 5. ff. de conditioni inſtitutio.* dixi in ſchol. ad Comandam, *clauſ. 30. num. 79.* Sed de illorum verborum intellectu, conſule Bolognetum, *vbi ſupra relatū.* Id ipſum dici poteſt de tex. *in l. furem 9. ff. ad leg. Cornel. de Siccar.* & de *l. 4. ff. ad leg. aquil.* Cum ille, & hæc, ſolummodo licentiam occidendi latronem nocturnum præbeant, inſidiantem, vel ſe telo defendentem, & ſic quã do perſonale periculum extat ibi *ſi parcere ei ſine ſuo periculo non potuit.* & ibi *latronem inſidiantem,* vbi *gloſa.* Et licet in hac Acurſius ita aſſerat, *idem in rebus, vt not. ſupra de iuſt. & iure, l. vt vim:* Salua tamen pace tanti viri, illud ex dicti textus litera probatum nõ eſſe mihi ſemper viſſum eſt, cum omnimodo de corporis tutamine loquatur. Propria † enim 20 defenſio (etiam cum inuadentis nece) & impunibilis, illa eſt quæ ad proprij corporis tutamen ſpectat, *d. l. vt vim,* ibi: *Nam iure hoc euenit, vt quod quiſque ob tutelam ſui corporis fecerit, iure feciſſe exiſtimetur.*

Ex quibus etiam, aliam Leſij opinionem notamus aſſerentis, *d. dub. 11. n. 73.* † Clericũ 21

pro rerum defenſione hominem occidentē, irregularem non eſſe. Nam hoc noſtris ſupra relatis caſibus, fatemur. Sed quod clericus occidens pro rerum defenſione ſic ſimpliciter, irregularis non ſit; negamus, Couar. *vbi ſupr. d. §. vnico n. 6. verſ. vndecimo.* Idem reſpondetur, & ex ijſdem fundamentis, auctoribus à Baiardo *ſupr.* relatis: Et Additionatori *ad Clarum, d. §. homicidium lit. G.* verbo *rerum ſua-*
22 *rum*, † vbi aſſerit, licitam eſſe in iure diuino occiſionem pro rerum defenſione. Potiùs tamen reſponderi poteſt (ne rem hanc ſic ſimpliciter dictam credamus) verba illa, *licitam eſſe in iure diuino*, poſita eſſe excudentis errore & imperitia, pro, *licitam eſſe in fure diurno*, ita quod litera *I.* apoſita ſit pro *F.* & itidem alia *I.* pro litera *R.* (& adhuc hoc caſſu illum intelligimus ſi fur ſe telo defendat, *vt ſupr.*) Nam Alex. *conſ.* 138. *n.* 11. *lib.* 6. quem ad hoc citat, dubium hoc diſoluit, cum aſſerat, *in fure diurno*: Ex quo Bibliopolæ deſidia detegitur; maximè cum idem Additionator parum poſt *lit. H. verbo Clement.* teneat, de iure canonico licitum non eſſe furem pro recuperatione bonorum aliquo modo occidere.

Hæc

Hæc cum ſatis probabilia mihi videantur; vix coactus ſequor communem opinionem in hoc puncto; nempe † quod pro noſtrarum rerum defenſione ſi aliter ſaluæ eſſe nõ poſſunt, licitum ſit inuaſorem occidere omni iure, *vt ſupra in prin.huius quæſt num.*2. quibus addendus Bar.*in dict.l.furem 9.ff.ad leg.* Cor-*nel.de Siccar.*innumeros tradit Petrus Plaça, *in epitome delictorum cap.28.n.31.verſ.qui hominem*, vbi latè, Accedat Caietanus(cuius auctoritas apud me ſemper magni fuit) *ad D. Tho.2.2.q.64.artic.7.* *Quando quis*(ait)*non poteſt aliter res ſuas defendere † quin ſequatur ex defenſione inuaſoris occiſio; licitè poteſt defendendo occidere illum.* Et rationem adfert, quia plus tenetur aliquis curam habere rerũ ſuarum quæ ſunt adminicula vitę ſuę & virtutis atq; facultatis; quam alienæ vitæ. Pergit vlterius & inquit. Quia cuilibet imminet cura rerum ſuarum in ordine præcipuè ad virtutem; nõ autem cura alienæ vitæ niſi in caſſu neceſsitatis. Ita Caietanus. Et quia replicari poteſt, quod fur eſt in caſſu neceſsitatis, cũ in periculo mortis conſtitutus ſit ni bona relinquat: & ſic debet Dñs rerũ illi parcere, non

23 24

non autem occidere; quia in hoc caſu neceſsitatis, cura illius imminet, vt Caietanus ait. Ipſe tamen reſpondit. *Et hic non eſt caſus neceſsitatis; quia inuaſor ſponte ſe ipſum ponit in tali caſu, inferendo talem iniuriam proximo, quam ille non poteſt auadere niſi occidendo.*

25 Et † quod ſic occidens furem, nec peccet nec irregularis fiat, vltra Leſium *vbi ſupr. nu.* 73. Plaça *d. cap.* 38. *num.* 31. *verſ. qui hominem, &* *num.* 32. *in fine*, & præter alios ſupra relatos, tenet Egidius ConinK, *tract. de Sacramentis, diſput.* 18. *de irregularitate, dub.* 9. *num.* 89. vbi exemplificans in eo qui ab aliquo ſibi ablata per iudicem repetit, non eſſe irregularē, ait, etſi ſciat ideo illum morte plectēdum eſſe, ex *cap. poſtulaſti* 21. *extra de homicidio, & c.* 2. *eod. tit. in* 6.

26 Eadem † ratio verſatur, ſi fur poſt rem acceptam fugerit, ita quod illam tenere nequeam niſi dictum perimam furem; vt quia in equo meo fugit, quem aliter recuperare non valeo, quin illum telo eminus iacto occidam; ſic Leſius, *d. dub.* 11. *num.* 74. ſequitur Sotum, *lib.* 5. *de iuſt. & iur. q.* 1. *artic.* 8. *poſt verſ. de bonis*: Quia niſi id eſſet licitum (ait

Le-

Leſius ) defenſio rerum maxima ex parte eſſet inutilis; cum fures poſſent re qualibet arrepta, ſtatim fugam proripere ſi in ipſa fuga eſſent tuti. Intrat igitur hoc caſſu communis Doctorum ſententia iam bis ſupra relata, vt licitum ſit furem pro rebus occidere, quando aliter ſaluæ eſſe non poſſunt.

Quid † ergo de latronibus qui poſt noctis 27
crepuſculum per vicos vagantur, vulgariter dicti *Capeadores*; ideſt, qui noctu veſtes furantur prætereuntibus, expilatores vocati, ab Alciato *lib.* 1. *parergon iuris c.* 11. Farinacius *tract. crimin. q.* 166. *num.* 48. quia vſq; ad pilos auferunt, vel nec pilum quidem relinquunt. An ſi ab ijs quis obſeſſus fuerit, eos occidere poſsit? Non dubito quin hoc impunè cuilibet licitum ſit: nam fures ſunt, & improbi quidem, *prin. inſtit. de vi bonor. rapt.* ibi: *Ideo quia recte dictum eſt eum improbum furẽ eſſe*: Imò latrones nocturni, vicorumq; graſſatores, qui non ſolum telo ſe defendunt; verum etiam ſicca, pugione, aut ſcoplo in pectus hominum directo, mortem minando, (aliquandoq; ſi reſiſtant vitam auferendo) & palium & crumenarum pecunias vi rapiunt:

aut

aut viatores metu perterritos palio relicto difugere cogunt, Alciat. *d. cap.* 11. *ad finem.* Nec enim multis ab hinc diebus, illorum audatiam expertus fui. Irruerunt quidem in me duo homines cum à domo regia noctu exirem; qui (redempto palio) quandam pecuniæ quantitatem mihi vi rapuerunt. Incedebam enim eo tempore inermis, vt frequenter Iuriſconſulti: quare ad praxim defenſionis neceſsitudinem reducere non potui. Maxima quidem eſt vigilantia & Dominorum iudicum cura, in hac Ciuitate Cæſarauguſtæ vt tanto malo occurrant; ſed maior eſt illorum peruerſitas: qui cum inter tam frequentatos hominum concurſus noctu per vicos incedentium inueniantur; diſcerni non poſſunt, an praui, an verò improbi ſint. Delictum e-
28 nim † hoc, magno ac ſeuero indiget ſupplicio. Arbitrariè puniendos eſſe, tenet Menoc. *de arbitrar. iudicum, lib.* 2. *caſſu* 299. ex Signor. *conſ.* 169. *num.* 48. Ego autem abſq; ſcrupulo eos furca ſuſpendere iuberem, tanquam latrones in quibus omnia mala concurrunt, ac tanquam pacis tranquilitatiſq; reipublicæ perturbatores, *tex. in auth. ſed nouo iure, C. de*
*ſer-*

*ſeruis fugitiui*, ibi: *Qui autem violenter agrediuntur aut cum armis aut ſine armis, aut in domibus aut in itineribus, aut in mari, pœnis legalibus ſubijciatur*, ideſt pœna capitali: vt ſecurè accipiendum docent, plures à Farinacio relati, quos ſequitur, *tract. de furtis, q. 167. num. 86.*

Idem † iudicium de latronibus publicis, 29
vel viarum graſatoribus, qui in publicis ſtratis inſidiantur & agrediuntur, vulgò *Salteadores de caminos*, de quibus latè & doctè præſtãtiſsimus vir D. Martinus Larrategui Selectarum iuris, *lib. 8. c. 9.* Illos enim impunè quilibet illicò interimit, Silueſter *in ſuma verbo latro.* Tum ex naturali defenſione omnibus conceſa. Tum & etiam ex Imperatorũ proſcripto, *in l. 1. C. quando liceat vnicuiq; ſine iudice ſe vindicare*; Explicat latè & exhornat ad hoc, Oſual. Illigerus *in notis ad Donel. lib. 17. comen. c. 2. lit. O.* qui neq; in latrone requiri ait, vt vel prior ipſe inuadat vel telo ſe defendat, Forcatul. *Dialog. 96. num. 11.* quidquid Vulteius (ab illo reprehẽſus,) *in d. l. 1. n. 14.* teneat. Preuenire ergo illũ & occidere, non ſolũ tutiùs, verũ & neceſſariũ vt vitæ propriæ

conſulatur. Ideo impunè necis illata, quia parcere ei ſine ſuo periculo non potuit, ita
30 *l. furem 9. ff. ad leg. Cornel. de Siccar.* † Quorũ odio, hoc caſſu, moderamen inculpatæ tutelę in defenſione omni iure requiſitum, (ideſt quod in continenti, non ex interualo neque ad vltionem fiat) penitus exploſum eſt, *d. l. in fine*. Prodeat tex. ibi: *Aut itinera frequentata inſidijs agreſionis obſederit: permiſſa cuicunque licentia, digno illicò ſupplicio ſubiungetur, ac mortem quam minabatur excipiat: & quod in-*
31 *tendebat incurrat*. Nec † ex ijſdem coligi, qua ſi ex interualo poſt vim illatam, latronem à priuato necari non poſſe. Reſpondit doctè Oſual. *d. c. 2. lit. O.* Nam vltra quod verbum *illicò*, non deſignat præciſſam neceſsitatem in latronem ſtatim irruendi, ſed conſilium eſt, vt illicò, prius quam latro ſe ad agreſionem præparare queat, occidatur, ne incautus viator, & à latrone præuentus, ſimile malum ſuſtineat, Oſual. *vbi proximè*: Oppugnant verba ſequentia *vobis permitimus vltionem*: Cuius permiſio eficit, vt latronem occidens etiam ex interualo, non ſolùm ſuæ defenſioni ac ſecuritati in poſterum conſulat; verum

etiam

etiam generaliter prætereunti cuilibet. Et hinc, præmio afficiendos qui ſponte latrones famoſſos itinera publica infeſtantes, perniciem ciuitati ciuibuſve ſuis minitantes, inſidijs etiam & ſimulationibus perimunt, facit tex. *in l. minime 35 ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Oſual. *ad Donel. d. cap. 2. lit. O. verſ. atq; expedit.*

Neque † diſpar ratio de nocturnis populatoribus qui agros vaſtant aut incendunt: nam ij ob rerum illarum defenſionem impunè occiduntur, intuitu tamen, nō tam offenſæ priuatæ damniq; illati; quam quietis publicæ, *d. l. 1. C. quando liceat vnicuiq;* Oſual. *ad Donel. d. lib. 17. com. cap. 2. lit. O. verſ. hoc notandum*, Silueſter *in ſuma* verbo *latro*. Et ideo in vtrumq; ius liberæ offenſionis & publicæ vltionis datur, Illigerus, *vbi prox.* 32

Adijciamus alium defenſionis rerum ſuarum caſſum. At quod † ſi quis fuerit inuaſus vt per vim à poſſeſsione deijciatur, hanc cū moderaminæ inculpatæ tutelæ defendere poſsit; nulli dubium eſt, *tex. in l. 1. C. vnde vi*, & ibi Bar. (videndus) *à num. 1.* vbi hanc conclusionem intelligit, conſulendus etiam om- 33

ninò Bal. *ad d. l. 1. per totam*, moderamen in culpatæ tutelæ explicans; dixi in ſchol. ad Comandam, *clauſ. 25. à nu. 26.* Huiuſmodiq; defenſio procedit, etiam amicis accerſitis qui inuadentem poſſeſsionem reſiſtant, ac in eum impetant, ita Plaça, ex Bar. Angel. & alijs, *in epitom. delictor. c. 28. n. 31. verſ. ſecun-*
34 *do ſubycitur*. Et † ſi agreſor armis inuadat; nō dubito quin poſsidens, illum iure perimere poſsit: & tunc ratione propriæ vitæ defenſio nis, cum ab inſultante in diſcrimine poſitus videatur, *vt ſupra*, Ioan. Bologn. *ad l. vt vim ff de iuſt. & iur. poſt nu. 77.* Quin immo, etſi caſſu poſſeſſor inuaſus aliquem occiderit; non ipſe, ſed inuadens, tanquam cauſa huiuſmodi patratæ necis, de homicidio vltimo ſu plicio tenebitur, *l. quoniam multa facinora 6.*
35 *C. ad leg. Iuliam de vi publ.* Verū tamen † credo, quod ſi poſſeſſor in diſcrimine poſitus non fuerit; pro defenſione poſſeſsionis tantum, agreſorem occidere non poterit, (licet vltra necem reſiſtere valeat) quia per iudicis remedium, præter occiſionem, damno huic occurri poteſt, vt poſſeſſor ad actualem poſſeſsionem reuertatur, aut in ea tueatur.

Hæc,

Hæc, ſi rerum ſedentium poſſeſsio inuadatur: Nam ſi mobilium, & eæ aliàs abſq; agreſſoris nece ſaluæ eſſe nõ poſſunt; licitè illum perimet, *vt ſupra*, ex communi quam retulimus opinione; *num.* 2. & 23.

Quæ † proximè dicta ſunt, intelligantur etiam repetita pro defenſione dignitatis vel officij: quam ad necem vſq; licitam eſſe, tametſi ex interualo fiat, cenſet Petrus à Plaça, *vbi ſupr. d. cap.* 28. *n.* 31. *verſ. ſecundus ſubijcitur caſus.* 36

Nec † defenſionis ius pro rebus noſtris aduerſus debitorem fugientem, debitumque ſecum adferentem, ademptum credamus, Donel. Enucleatus, *d. lib.* 17. *c.* 2. *lit. M.* ex *l.* 10. §. 16. *ff. quæ in fraud. cred.* Manus enim in eum iniectio eſt, & capi poteſt, dixi in ſchol. ad Comand. *clauſ.* 30. *à num.* 21. Dummodo in ipſo fugæ actu, inque articulo ipſo ac momento capiatur, quo iuris ordo nec iudicis auxilium præſtò haberi poteſt, Oſual. *ad Donel. dict. lib.* 17. *cap.* 2. *lit.* N. Idem erit in ſuſpecto de fuga, vt ſi eam præparet, & iudicis copiam illicò dificile eſſet conſequi. 37

Aut † ſi data eſſet licentia creditori à iudice, 38

illum

illum capiendi, fugæ ſuſpitionis probatis neceſſarijs requiſitis, vt Marta, *de iuriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſſu* 42. *num.* 23. & dixi in ſchol. ad Comand. *clauſ.* 30. *à num.* 21. An in clericum fugitiuum, vel ſuſpectum, procedat hoc vt à creditore capi valeat, conſule Martam, *vbi proximè dicto caſſu* 42.

39 Verum enim verò, † creditori contra debitorem ſuum fugientem, haud eſt ius denegandum, vt ſi ſe telo defendat & armis reſiſtat, iniuriam illam propulſare queat ad necem vſque; non minus ac conceditur cuilibet contra latronem ſe telo defendentem ne capiatur, *vt ſupra num.* 12. *& ſeq.* Triplex tamen conſideratur caſſus. Aut debitor fugiẽs ſecum res debitas portat; aut non res debitas, ſed aliàs; aut nihil penitus, præter veſtes.

40 Primò caſſu, † poteſt debitorem ſuum inſequendo, eum capere, aut per vim bona ſibi liquidò debita auferre, ſicut de fure ſupra dictum eſt. Sin autem debitoris perſecutio difficilis adeò fuerit, vt quia velociter in equo fugit: non dubito quin illum telo eminus iacto, perimere valeat, vt ex ſic occiſſo bona exportata conſequantur, conducit Leſij ſen-

ſententia; *tract.de iuſt.* & *iur.lib.2.cap.9.dubit.11.num.74.* & *75.* Et hoc communis conclusionis, ſupra relatæ intuitu; aſſerentis, licitum eſſe pro rerum defenſione hominem occidere, quando aliter ſaluæ eſſe non poſſunt, addatur Peguera, *deciſ.crim.78.n.24.p.1.*

Secundo caſſu, † an res illas non debitas 41 (licet debito æquiualentes) poſsit creditor à debitore fugiente auferre vt ſibi de debito ſatisfiat? Proferat ab Oſualdo relata quorũdam ſententia, *d.cap.2.lit.N.* Quia verò (inquit) debitum auferri lex permitit, *d.l.* 10.§.16. Inde nonnulli putant non alias res eripi poſſe fugienti, ſed ſpeciem eandem quæ debetur, aut rem in ſuo genere functionem recipientem. Si aliud pro alio auferatur impunè non ferre, quia vis ſibi ius diceret, & in re, & in modo, Forcat. *Necyom.dialog.96.nu.*10. Verum † Menoch. *de arbitrar. caſ.*616. 42 (in meo eſt caſ.516.) *nu.*2. etiam ex alijs rebus, ad modum crediti ſubtrahi poſſe 32. doctorum auctoritate comprobat. Quod verũ iudico. Et ſimiliter, creditorem non valẽtem debitum ſuum conſequi, licitè poſſe æquiualentem rem ſeu quantitatem abſq; peccati

reatu

reatu ſubripere, eſt communis opinio ex Couar.*lib.*1.*var. reſolutio.cap.* 2. *num.* 15. *verſic. quartò*, Iulius Clarus, *in §.furtum num.* 21. vbi Baiardo *num.*78. *&* 79. optime Alexan. *conſ.*135.*lib.*1.Cepol.*conſ.*26. Andreas Tiraquel.*de retrac.lignia.in præfatio.num.* 71. Pater Leſius,*d.tract.lib.*2.*cap.*12.*dub.*10. Iacob. Menoch.*de recuper.poſſeſſ.remed.* 1.*num.*284. & *de arbitr.iud lib.*2.*cent.*6.*caſſu* 516.(vbi decem theologiæ Doctores refert)Siluester, *in ſuma verbo furtum num.*17.*&* 19.vbi ſic furantem,neque teneri vigore monitorij, etiã ſub pœna excommunicationis, ſe propallare, tenet, Menoch. *vbi prox.num.*6. Sed an per vim ſubreptio fieri poſsit quando æquiualens debito quantitas ſubripitur; diximus *vbi prox.*conſule etiam Leſium, *dict. cap.*12. *dubit.*11.

43 Tertio autem caſſu † ſolum debitor capi poteſt à creditore,non autem illi veſtes ſubripere, ſi in eſtimatione conſiderabiles non ſint:nam eæ, nec debitoribus bonorum ceſſionem facientibus adimi poſſunt, Aretin. *in §.cum eo quoq;inſtit.de actio.n.*9.eſſet enim in humanum,creditorem pro re nõ ſibi vtili, cru-

crudelitatem exercere. His tamen caſibus quibus debitor fugitiuus licitè per vim capi poteſt; ſi creditor reſiſtat & telo ſe defendat ne capiatur, idem dicendum credo quod ſupra in fure ſe telo defendente dictum eſt, *num.* 12.

Vidimus hactenus ius cuiſibet pro vitæ ac rerum defenſione competens. Nunc de honore & pudicitia agendum eſt. Honor † ſiquidem cunctis rebus præferendus, *l. Iulianus,* vbi notatur, *ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen.* quam allegat Iaſ. *in l. reprehendenda, C. de inſtitutio. notab.* 3. Prouerb. *cap.* 22. *verſ.* 1. Extrauag. *ad conditionem, § rurſus de verbor. ſignif.* verbo *honori, cap. ſuam,* & ibi *gloſ. in* verbo *modeſtia, extra de pœnis,* proſequitur Azpelcueta Nauar. 2. *part. decret. tit. de quinto præcepto Decalogi poſt numer.* 3. ſequitur D. Ludouicus à Peguera, *deciſ. crimin. Cataloniæ* 78. *numer.* 25. *part.* 1. Nec numario precio ſtimari poteſt, Bald. *in capit. ex tenore column.* 2. *extra de appellatio.* Vnde Ariſtotel. *libr. economicorum,* ſic, *Multo grauius* (inquit) *feret aliquis ſi honore ſuo priuetur, quam ſi bona ſua ei auferantur.* Quin 44

Hh immo

45 immo † honor & vita æquiparantur, *l. iuſta* vbi *gloſ.* verbo *infamiæ. ff. de manumiſ. vindicta*, Peguera *d. deciſ.* 78. *num.* 21. *p.* 1. Caſan. *in Catalog. gloriæ mundi conſid.* 2. Aut vt potius dicam, inter probos, nobiles, ac honoratos viros, maiorem vita ſtimationem recipiat honor, *l. iſti quidem* 8. *verſ. quod ſi dederit ff. de eo quod metus cauſa*, Pichar. *lib.* 4. *inſtit. tit. de pœna temere litigantium*, §. *ex quibuſdã iudicys* 7. *num.* 9. Ea propter, quis potius mortem pati, quam in honoratum remanere ſuperſtitem, toto nixu curare tenetur.

46 Igitur † pro defenſione proprij honoris alium quis licitè occidere poteſt, Iul. Clarus, *in* §. *homicidium num.* 21. Peguera *deciſ. crim.* 78. *num.* 21. & *ſeq. p.* 1. Caſaneus, *dict. conſid.* 2. *in fine*, ex Petro Geraldo, *ſingul.* 32. Bolognet. *in d. l. vt vim, num.* 89. *ad finem*, Azpelcueta Nauar. *in manual. confeſ. cap.* 15. *num.* 3. *in fine*, & *nu.* 4. D. Ferdinandus Rebell. (Societatis Ieſſu) *p.* 1. *de obligatione iuſtitiæ*, *lib.* 3. *q.* 12. *num.* 2. Veluti ſi inuaſor quis mihi fuſtem vel alapam impingere nitatur vt ignominiã inferat. Poſſum ſiquidem illum iure perimere ſi aliter ignominia hæc vitari, non poteſt,

Ale-

Alexand. *conſ. 76. poſt num. 3. verſ. & ne ſtemus lib. 1.* Nauarro, *vbi ſupra prox. num. 3. in fine*, P. Soto, *tract. de iuſt & iure, lib. 5. q. 1. artic. 8. ad finem.* tradit ex Anto. Gomez, *tom. 3. cap. 3. num. 23.* & alijs P. Leſius, *d. lib. 2. de iuſt. c. 9. dub. 12. n. 77.* Et ſi † poſt illatam alapã vel 47
iniuriã fugerit, potero illũ inſequere & percutere etiam vſq; ad mortem, ſi ignominia ita grauis fuerit, vt ſine dedecore vitæ aduerſarij mei parcere non poſsim, Nauarro, *d. cap. 15. poſt num. 3.* Peguera, *d. deciſ. 78. num. 23. ad finem.* Nam cum honoris damnum irreparabile ſit, nec illum iam amiſum iudice mediãte conſequi valeam, tum quia dedecus eſt quẽ iudicio publico ſe ignominia affectum eſſe declarare, vt ex ſimili per Caſtrenſ. *conſ. 277. vol. 2.* Peguera, *d. deciſ. 78. num. 23. & 41.* Tum † & etiam quia verecundum eſt hono- 48
rem ſuum inultum relinquere, ita *ex l. miles, §. ſocer. ad leg. iul. de adulter.* Caſaneus, *in Catal. d. conſid. 2. poſt prin. & ad conſuetud. Burgund. tit. des iuſtices rub. 1. §. 5. verbo ſil n. à grace num. 165.* ſecutus Angelum, *conſ. 247 col. 1.* Meritò cum de damno irreparabili agatur, licitum cuiq; eſt honorem ſuum defen-

dere, Peguera *vbi prox.d. nu.*23. Et generali-
49 ter, † quotieſcunq; iniuriæ perſonalis iactura
imminet; ſi aliter euadi non poteſt abſq; agre
ſoris nece, quilibet illum iure perimere po-
teſt, Iul. Clarus, *d.§.homicidium poſt nu.*21. ex
Bar. *in l.*1. C. *vnde vi, n.*9. Alex. *conſ.*109. *n* 3.
*vol.*1. Marſil. *conſ.*81. *n.*16. Gramat. *conſ.* 29.
*per totũ*, Iaſ. *in d.l. vt vim n.*10. Sebaſtian. Me
dicis, *reg.*8. *t.*1. *regular. iuris vtriuſq;* Baiar-
dus, *ad Iul. Clarum, d.§.homicidium n.*73. *&*
114 Caſiodorus, *in Ædicto. Theodorici Regis,*
§ 15. *Qui percuſorem*, inquit, *ad ſe venientem,*
*ferro repulerit, non habetur homicida, quia de-*
*fenſor propriæ ſalutis videtur in nullo peccaſſe.*
Petrus à Plaça, *in æpitome delictor. lib.*1. *c.*28.
*n.* 17. Vbi intelligit, ſi ex tali iniuria mortis
periculum verſetur. Quod etiam ampliatur
ſi ex tali iniuria honoris periculum iminear,
cum (vt ſupra diximus) honor apud probos
50 & honeſtos viros, maiori bonis ac vita ſti-
metur affectu: quid quod † corporalis iniu-
ria maior eſt quacunq; reali, *l. in ſeruorum* 10
*in fine, ff. de pœnis*, Peguera, *dict. deciſ.*78. *num.*
24. ex Bonbin. *conſ.*9. Ea propter ſi quis, nul-
lo deficiente armorum genere, manu tamen
va-

vacua me impetijſſet; recta ratione (ſi aliter iniuriam euadere non poſſum) mihi agreſorem occidere fas erit, etſi fugiēdo me ſaluare valeā, Plaça *d.c.* 28. *poſt n.* 17. quia in fuga, nō parū ignominię reperitur, *vt ſup.* meminim⁹.

Occidens itaq; † pro honoris defenſione, non ſolum inmunis eſt; verum in foro conſcientiæ nec peccat, nec irregularis fit, ita ex Suarez, *diſput.* 46. *ſectio.* 2. cum alijs, tenet Co nicK, *de Sacramentis, tit. de irregularitate, diſp.* 1. *dub.* 9 *n.* 89. Nauarro, *in manual. confeſ. c.* 15. *nu.* 4. licet quoad irregularitatem, diſentiat. 51

Eadem ſit † ratio (& maior) in caſſu defen ſionis pudicitiæ & caſtitatis; ob cuius tutamen non tam vir, verum & fæmina, iure, agreſorem violare tentantem, perimere poſſunt, eſt Doctorum communis ſententia vt tradit Leſius, *de iuſt. & iure, lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 12. *num.* 76. vbi ex Cicerone, *in orat. pro Milone* refert, quod adoleſcens qui tribunum occiderat volentem vim inferre eius pudicitiæ, à Mario exercitus Imperatore abſolutus fuit. Cuius factum narratur à Valerio Maximo, *lib.* 6. *c.* 1. *de pudicitia verſic.* 12. in hæc verba. *Hoc mouit C. Marium Jmperatorem,* 52

*tum,*

*tum, cùm C. Luſcium ſororis ſuæ filium Tribunum militũ à C. Plotio manipulario milite iure cæſum pronuntiauit, quia eum de ſtupro compellare auſus fuerat.* Similiter ex Ferrer, *in ſuo tract. de re militari, fol.* 155. *n.* 67. quem ſequitur Anton. Scap. *in tract. iuris non ſcripti, lib.* 5. *c.* 143. *num.* 12. refert Baiardus, *ad Clarum, in §. ſodomia nu.* 15. † Famulum quendam Piſtoris liberatum eſſe, non obſtante quod, tentantem huiuſmodi nefarium crimen patrare, interemit. Et ipſo Baiardo iudice exiſtente tradit, impunitum reliquiſe puerum, qui cum gladiolo quodam, Pedagogo ſuo eum tentanti, veneream totam amputauit partem. Nec † enim mulier, etiam contra Clericum ſic caſtitatem ſuam defendendo, in canonem *ſi quis ſuadente diabolo* incidit, Carolus de Graſis, *tract. de effectib. cleric. effec.* 9. *num.* 310. Nec huiuſmodi vtentes defenſione peccãt, etiam violare connantem occidendo, Silueſter, *in ſuma* verbo *homicidium* 1. *num.* 9. dum ſe defendere non poſſent fugiendo, vociferando, vel alio modo, ita ex Diuo Antonin. 2. *p. tit.* 7. *c.* 8. §. 2. Azpelcueta Naurrro, *in manuali d. c.* 15. *nu.* 5. *verſ. tertiò.*

Nec

Nec vir irregularitatem incurrit, ſic Coninck, *d. tit. de irregular. diſput. 1. dub. 9. n. 89.* ex Suarez, *diſp. 46. ſectio. 2. cum alijs.* Iuſta † ſiquidem cauſa eſt defenſionis, & offenſionis (etiam ſeueræ) caſtitatis atq; pudicitiæ tutamen: cum nullo maiori virtutum culmine, nullo ornatu, decore nullo reſpublica quælibet mirifice niteſcere valeat, Cuius laudes ad cœlos vſque euchens Valerius Maximus, *lib. 6. c. 1. de pudicitia,* ita procinit. Vnde te virorum pariter ac fæminarum præcipuum firmamentum pudicitia inuocem? Tu enim priſca religione ſacratos Veſtæ focos incolis. Tu Capitolinæ Iunonis puluinaribus incubas. Tu palatij culmen auguſtos penates, ſanctiſsimumq; Iuliæ gētis genialē thorū aſidua ſtatione celebras. Tuo præſidio puerilis ætatis inſignia munita ſunt. Tui numinis reſpectu ſincerus iuuentæ flos permanet. Te cuſtode matronalis ſtola cenſetur. Ades igitur, & cognoſce quæ fieri ipſa voluiſti. *Hactenus Valerius.* Hinc maiori gratitudinis laude Domitianus Cæſar plauſus, quòd caſtitatem Romæ ſeruaſet, quam quòd geſta maiora nomini ſuo adiunxiſſet, vt meminit Vale- 55

lerius noſter Martialis, *libr.6. Epigram.* 4.

*Cenſor maximè, Principumq; Princeps,*
*Cùm tot iam tibi debeat triumphos,*
*Tot naſcentia templa, tot renata,*
*Tot Spectacula, tot Deos, tot Vrbes:*
*Plus debet tibi Roma, quòd pudica eſt.*

Hæc tractata in præſenti quæſtione ſufficiãt, ad quorum inſtar, cætera quæ iuſtam defenſionis cauſam tribuunt, facilius reſoluentur.

# Quæſitum IIII.

*An pro honoris ſui defenſione licitum ſit marito aut patri, adulteram vxorem aut filiam, cum adultero occidere.*

## RECOPILLATIO.

*Adulterium, grauiſsimum eſt crimen, num.* 1.
*Sacrilegium dicitur, nu.* 2.
*Et idolatria, nu.* 6.
*Adulterij primus patrator Lamech, grauiter punitus, nu.* 3.
*Ex adulterio omnia proficiſcũtur crimina, n.* 4.

*Adul-*

Adulterij crimen maximũ, eſſe detegitur Chriſti auctoritate, n. 5.
Adulterium, quot ſub ſe habeat incommoda, num. 7.
Adulterij pœna, à Deo ſtatuta, mors erat, n. 8.
In ſuſpectam de adulterio, veteris legis ceremonia, num. 9.
Adulteri, olim more gentis, comburebantur, nu. 10.
Adulterij pœna, quæ apud Lydos, nu. 11. Apud Ægiptios, n. 14. Apud Athenienſes, n. 15. Apud antiquos Saxones, n. 16. Apud Vandalos, n. 17. & apud Parthos, n. 18.
Seleucus legem protulit vt adulterarum oculi eruerentur, nu. 19.
Opilius, adulterij reos, viuos iunctis corporibus incendebat, ibid.
Salæthus eadem lege vſſus fuit, quã in ſe ipſum executus eſt, num. 20.
Julius Cæſar, ſamulum ſibi gratiſsimũ, ob adulteriũ capitali pœna affecit, num. 21.
Aureliani, ſuplicium in adulteros, ibid.
Auguſtus adulterij vltor, num. 22.
Adulteri olim dupliciter efficiebantur inteſtabiles, num. 23.

Eunuchi, teſtimonio, & teſtamento incapaces, ibid. & num.24.

Adulterij pœna apud Placentinos, n.25. Apud Saxones, nu.26. Apud Caſtellanos, nu.27. Apud Aragonenſes, ibid. & de iure ciuili, nu.28.

Adulteros poterat maritus impunè antiqua lege occidere, num.29.

Quid hodie atento iure noſtro, n.30.31. & 32.

Maritus excedens ſuplicium in adulteros, punitur mitius, num.32.

Auctoris ſententia, n.33.

Adulterij quærela niſi per viles homines proponi non ſolet, num.34.

Adultera cum corporis prodiga ſit, omnium rerum prodiga erit, num.35.

Ex adulterio, mariti mortis machinatio fere ſemper reſultat, n.37.

Et ex parte mulieris certior, num.38.

Adultera ferè ſemper venefica eſt, nu.39.

Veneficium, proprium eſt meritricis, nu.40. & 41.

Ex adulterio, famæ diſpendium marito reſultans, morte grauius eſt, n.42.

Adulterium tolerare, nulli honorato decet, n.43

Ani-

*Animantia adulteria quoque vindicant, n. 44.*

*Leges permitentes maritis priuatè, vindictam de adulterio ſumere, ſuo modo iuſtæ ſunt, nu. 45.*

*Gotorum legibus licebat olim, num. 46.*

*In Caſtella extat lex hodie, num. 47.*

*Nec maritus in foro exteriori punitur ex ſententia Nauarri, n. 48.*

*Nec clericum adulterantem occidendo, incidit in canonem, num. 49.*

*Adulterij frequentia tanta eſt, vt rarò in iudicio delictum hoc, aut propaletur aut puniatur, num. 50.*

*Mulieres expedit quod puniant, vt timore pœnæ ab huiuſce tam deprauato delicto arceantur, n. 51.*

*Maritus occidendo vxorem in actu adulterij, non videtur damnandus (ſuo modo) cum & vitam, honorem, & bona ſua ſic defendat, num. 52.*

*Pater poteſt filiam & adulterum propria auctoritate occidere, num. 53.*

*Intellige dummodo filia & adulter ſimul occidantur, vel incontinenti, & quando dicatur, incontinenti, ibid.*

*Quid ſi filia pregnans ſit, an occidi poſsit, n. 54.*

*Intellige etiam, dummodo pater in actu venereo eos inueniat, vel ſaltim, peludijs adulterij vtentes, num. 55.*

*Intellige quoq; dummodo filia nupta ſit, non vidua, eamq; habeat in poteſtate pater, & in eius domo adulteros coheuntes reperiat, vel in domo generi, num. 56.*

A*uctoris ſententia quoad hæc requiſita, nu. 57. & 59.*

*Pater non tenetur prædictas conditiones obſeruare quando filia coactè, non vero voluntariè cum adultero coit, num. 58.*

*Exempla huius à patribus vindicati delicti traduntur, num. 59. 60. & 61.*

*Virginij factum refertur, ibidem.*

*Pater iure occidendi adulterum cum filia repertum vti poteſt etiam contra clericum & magiſtratum, abſq; vlla pœna, nu. 62.*

*Maritus an iure occidendi adulterum vti poſſit, contra clericum, num. 63.*

*Et an prædicti his caſibus occidentes, peccent, num. 64 & ſeq.*

*Diſtinctio Ænei de Falco, reprehenditur, & tatur, num. 66. 67. & 68.*

Gra-

GRauiſsimum eſſe † adulterij crimen, tradit *tex. in cap. prim.* 81, *diſtinct.* & *cap. quid in omnibus* 32 *quæſt.* 7. tradit Faquineus *conſ.* 60. *n.* 2. *vol.* 1. conducit illud Geneſis, *c.* 26. *verſ.* 10. *Quare* (inquit) *impoſuiſti nobis? Potuit coire quiſpiam de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos graue peccatum.* Turpe etiam natura, ex *l. probrum* 42. *ff. de verbor. ſign.* ait Montic. *tra. de patria poteſt. ſuper* verbo *matrimonium, num.* 54. Atrociſsimumque delictum, recenſet, *gloſ. in l. auxilium, §. in delictis ff. de minoribus* verbo *atrocioribus*; & crimini leſæ Maieſtatis æquiparatur à *l.* 1. *C. de quæſtio.* Thomas Gramat. *deciſ. Neapolit.* 38. *nu.* 11. Mantua *ſingul.* 117. *nu.* 2. † Tantamq; atrocitatem in ſe continet, vt meritò ſacrilegiũ dicatur, Azo *in ſum. C. ad leg. Iul. de adul. n.* 18. quia violatur thorus, & matrimonium quod eſt Sacramentum Eccleſiæ, ſic Valẽçuela, *conſ.* 28. *n.* 40 & 41. *par.* 1. Et nullum malum adulterio maius eſſe, refertur ex Euphron. apud Stobeum *cap.* 6. ſimiliterq; ex Sybilla Æritrea, apud Lactantium, *de ira Dei c.* 22. Vbi, inter facinora quibus maximè Deus irritatur, adulterium eſſe inquit. Vn-

3 Vnde Lamech † qui primus adulterij patrator fuit ( vt ex *c. an non diſtricta* 24. *q.* 3. vbi Turrecrem. *num.* 1.) grauiorem ſuſtinuit pœnam quam Cain pro fratris ſui Abel nefando commiſſo homicidio: quid quod huius ſcelus, ſepties tantum vindicatum extitit; nẽpe vindicta vſq; ad Lamech ſumpta, *cap. quo modo* 31. *q.* 1. *d. c. an non.* At verò illius Lamech adulterium, ſeptuagies ſepties vindicatum eſt: nam ſeptuaginta & ſeptem perſonæ quæ ab illo progreſſæ fuere, pro peccato Lamech ſubmerſæ in diluuio, ſuplicium ſuſtinuerunt, *d. c. quo modo*, vbi Turrecrem. *n.* 2.
4 *in fine, d. c. an non.* † *Adulteros* enim *Deus iudicauit, nec Regnum Dei poſsidebunt*, aſſeruit D. Paulus *epiſt. ad Chorintios* 1. *cap.* 6. *verſ.* 9. *& ad Hebræos c.* 13. *verſ.* 4. Quid mirũ ſi ex illo tanta mala ſequãtur? Imò potius ita graue eſſe retulit Gregorius Lopez, retulit quod ex eo omnia proficiſcantur crimina, *in prohem. tit.* 17. *p.* 7. Azo. *in ſuma C. ad leg. Iul. de adulter. n.* 1. Vnde non contemnendus Poeta quidam præſenti. Epigram. cecinit.

*Vis orbem excindi? Subuertito funditus vrbes.*
*Vis vrbes ipſas tolere? Tole domos.*

*Vis delere domos? Careat fac coniuge coniux,*
*Vanaq; ſint ſancti fœdera coniugij.*
*Ergo perire domos, vrbes, orbemq; neceſſe eſt,*
*Orbe vel expelli: quiſquis adulter erit.*

Enim verò † facile aparere poteſt, quantum 5
id adulterij crimen eſſe, Chriſtus Dominus
in Euangelio ſuo cenſuerit. Retinendas ſi-
quidem vxores omnino edixit; nec cum vlã
permiſiſſet diuertendi anſam, vnicum adulte
rium excepit, Math. Euang. *c. 15. verſ. 32 &*
*c. 19. verſ. 9.* Ferenda igitur tumulenta vxor,
iracunda, luxurioſa, iners, guloſa, mendax,
vaga, deformis, valitudinaria, iurgatrix, ma-
ledica, fatua, inſana: Solam licet adulteram
eijcere. Grauia quidem & reliqua vitia, ſed
tolerabilia. At verò fidem thoro violare, in-
tolerabilius. Et vt vno verbo dicam, ita inter
alia crimina ſe ſe † adulterij ſcelus extulit, vt 6
meritò idolatria grauius eſſe dixerit Diuus
Chriſoſtomus, *in Euang. Diui Ioan. homil.*
*62.* Siquidem adulterium, & maritum, filios,
agnatos, Deum, rempublicamq; offendit, vt
mirè differit, proſequiturq; Valençuela Ve-
lazquez, *conſ. 28. num. 50. & ſeq. p. 1. & à nu.*
*36.* crimen hoc valde exſecrans. Quia per
adul-

adulterium (inquit) vincula quodammodo diuini, atq; humani iuris rebelli; arctiſsimiſq; nexibus adſtrictam coniugum coniunctionem diſolui, familias incerta ſtirpe confundi, parenti non ſuo illegitimas proles, eandemq; cum iuſtis liberis partem laturas adſcribi, nemini in dubium venit. Inualeſcunt inquam zelotipiæ: ira & comotio inter ciues & odia creſcunt: procurantur homicidia: matrimonij honor turbatur: & tandem liberorum fama (qua decus gentium conſiſtit) lęditur. Hinc † omnia prędicta ſumatim
7 recitans Ludouicus Viues, *de inſtit. fœminæ Chriſtianæ, lib.* 2. *c.* 2. Et cũ adultera alloquẽs; ita procinit. Vide (aſſerit) quam multis vno ſcelere facis iniuriam, quot irritas aduerſum te vindices? Lædis primum duos, quibus nihil neq; maius, neq; melius, neq; charius tibi eſſe conuenit: Deum, quo Auctore eſtis coniuncti, & per cuius numen puritatem thori iuraſtis: tum Deo proximum maritum, cui vni dicaſti te, in quo omnes omniũ charitates & pietates violaris. Nam tu es ei, quod Eua Adæ, filia, ſoror, ſocia, vxor. Adde his, alterum te eſſe. Itaq; perinde id eſt, ac ſi tibi ma-

manum intuliſſes. Diſſolueris maximam omnium coniunctionem, ruperis ſanctiſsimum rerum humanarum vinculum, fidem, quam multi etiam armatis hoſtibus datam, cum certa ſua pernicie ſeruauerunt. Tu marito violaris, & ei pectori, quod charius tibi tuo ipſius eſſe debuerat. Polluis mundiſsimam Eccleſiam, quæ in te coniungenda manus ſuas accomodauit. Dirimis ciuilem ſocietatē, violas leges, & patriā: cædis amariſsimo flagelo patrē, verberas matrē; ſorores, fratres, propinquos, afines, neceſſarios. Es exēplo tuis æqualib⁹ ad ſcelus. Inuris notā æternā generi tuo: & mater dementiſsima ac crudeliſsima, filios tuos in eā adducis neceſsitatē, vt nec de matre audire poſsint ſine pudore, nec de patre ſine dubitatione. Quo circa & periurio te deuincis, & ſacrilegio. Nā per Sacramētū & votū corpora veſtra Deo ſunt dicata. Tū præter decus ſanguinis, transfers hæreditatem a dominis ad alienos. Adducis in periculū fratres, vt inceſtè miſceantur ſororibus. Quo modo plus peccant, aut tetriore facinore ſe contaminant, qui patriam euertunt, qui leges & iuſtitiam tollunt, qui parentes iugulant, qui

ſacra & prophana contemerant ac polluunt? Quos Deos, quoſve homines putas tibi propitios eſſe poſſe? Te ciues, te leges, te iura humana, te patria, parentes, cognati, liberi, te maritus damnant, & puniunt. In te Deus læſam abſte, & conculcatam maieſtatem ſuam atrociſsimè vlciſcetur. ¶ Pro quo argumẽto vt in vnum congeſta videas omnia quoad adulterij execrationem ſpectantia: conſulas egregium in adulteros Antagoniſtam; illuſtrium fœminarum portentum; ac mirandæ virtutis & doctrinæ prodigium, excellentiſſimam Dominam D. Ludouicam Mariam de Padilla, Manrique, & Acuña, Comitiſſam de Aranda, *in ſuo libro* ( poſt quinque alios iam æditos ſcientia & doctrina admirabiles ) *intitulato: Excelencias de la Caſtidad, p.4.cap.5. per totum.*

Hinc etiam iuſtiſsimè a Legislatoribus in adulterij crimen ſeueriſsimæ ſtatutæ fuerunt
8 pœnæ. † Primus quidem omnium Legislator Deus, adulterum adulteramque lapidibus obruendos morti tradere iuſsit, Deuteron. *c.*22.*verſ.*22. Leuit.*cap.*20.*verſ.* 10. meminit Daniel.*c.*13.*verſ.*45. Ezechiel. *c.*16.*verſ.*38. & 40.

*&* 40. Ioan. Euang. *cap. 8. verſ.* 5. probat *can. reos, §. qui coierit* 23. *q.* 5. Et † in muliere de 9
adulterio ſuſpecta, antiqua veteris teſtamen
ti lege, ius erat marito vxorem ſuam coram
Sacerdote adducere. Vnde accepta aqua ſan-
cta in vaſe fictili, paruaq; terræ quantitate de
tabernaculi pauimento in illā immiſſa: mag-
nis execrationibus atq; iuramētis, potū vxo-
ri dabat. Quæ, ſi adulterata erat, potus ille,
mulieris fæmur putreſcere faciebat, ac tu-
meſcēte vtero dirumpebatur, ita ex Numer.
*cap.* 5. *à verſ.* 14. apatet. Hoc ex lege Moſai-
ca: † Nam ante ipſius prolationem more gē- 10
tis, adulteri comburebantur, vt ex Geneſ. *cap.*
36. *&* *cap.* 38. *verſ.* 24 aparere videtur. Mor-
te etiam adulteros punitos eſſe apud Arabes,
& in Aromatifera regione, ſcripſit Strabo,
*lib.* 16. *prope finem*, & ex Bardeſan. *in lib. de fa-
to*, Euſebius, *de præparatione Euangelica, lib.
6. cap.* 8. Vbi etiam illius ſuſpitionem puniri
tradunt. Et † apud Lydos adulteræ mulieri, 11
nulla ſpes veniæ erat, vt Herodot. *lib.* 5. &
Hælianus, *lib.* 4. *de vera hiſtoria*, referunt. Ex
lege Romuli, adultera in viri ac cognatorum
manibus ad eorum libitum plectenda trade-

 ba-

batur. Cuius hæc verba: *Adulterij conuictam, vir, & cognati, vti volent necanto*, meminit Liuius 4. *decad. lib.* 9. Dioniſius Halicarnaſ. *lib.* 2. Suetonius *in Tiberio c.* 35. Caſiodorus, *in notis ad epiſt.* 32. *lib.* 5. (quam legem Romulum Quirinum, ſtatuiſſe conſilio Iſaiæ Prophetæ; cuius tempore ipſe Romulus vixit; teſtatur Balduinus, *ad leges Romuli c.* 6. & Queſada, *diuerſ. quæſt. iuris c.* 17. *nu.* 31.) Conducit illud Philonis Iudei, *lib. de Ioſeph* relatus à peritiſsimo D. Ioanne Chriſtophoro de Sueldes, *conſ.* 37. *n.* 42. *in ſemicenturia*, de adulteris loquens. *Nam de cæteris* (ait) *diſentiri ſoliti, in hanc ſolam conſpirant ſententiam ita vt omnes vbiq; rem capitalem pronuntient, & deprehenſos iudicatos, læſo dedant necandos.*

12 Quod † & in Regno Caſtellæ procedit, *ex l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 4. *for. legum*, & *l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 8. *ordinamen.* tradit Pater Soto, *tract. de iuſt. & iur. lib.* 5. *q.* 1. *art.* 3. *ad finem*, vbi atenta criminis magnitudine, non eſſe cur de huiuſce legis iuſtæ valore dubitemus, aſſerit.

13 In eas † etiam, quæ ſacris Baccanalibus inceſtu vſæ, ſimilis erat pœna: nam cognati maritiq; intra domum animaduertebant, Caſio-

do-

dorus,*in notis vbi ſupr.prox.* ex Liuio & Valerio,Plinius *lib.*14.*c.*13. Valer.Maximus,*lib.* 6.*c.*3.Tertulianus,*in apolog.c.*6.vbi R. P. Fr. Petrus Manero, Diui ac Serafici Patris fidiſsimus ſectator;qui eximia ſua eruditione;nūc nouiter illum Q. Septimij Tertuliani Apologeticum librum è tenebris ad lucem euexit, è Latio in Hiſpanum ſermonē transferēdo.

Ægiptij † in adulterio deprehēſum virgis 14 cædebant ad mile plagas: mulier autem naſo mutilabatur, vt ea parte deformaretur,qua facies magis exhornatur, Diodorus Siculus, *Bibliotecæ lib.*2.*c.*3.tradit Cælius Rodigini', *antiquar.lectionū,lib.*21.*c.*45. Eneas Robert. *rerū iudic.lib.*1.*c.*13.de cuius pœnæ in honeſtate ac grauitate, Virgilius,*lib.*6.*Æneidos.*

*Deiphobum vidi lacerum crudeliter ora, (res.*
*Ora manuſq;ambas,atq;in honeſto vulnere na*

Hinc Martialis illudens marito cuidam, qui iure hoc in adulterum vſus eſt, ita procinit, *epigram.*85.*lib.*3.

*Quis tibi perſuaſit nares abſcindere macho?*
*Non hac peccatum eſt parte,marite,tibi:*
*Stulte,quid egiſti? Nihil hic tua perdidit vxor,*
*Cùm ſit ſalua ſui mentula Deiphobi.*

Aures etiam adulteris antiquitus leges abſcindiſſe, teſtatur idem Diodor. Sicul. *de fab. antiq. lib. 2. de Thebeor. ritibus*, meminit Ezechiel *cap. 23.* ibi: *Ecce ego* (ait) *ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus ſaciata eſt anima tua, &c. Et ponam zelum meum in te quem exercent tecum in furore: naſum tuum & aures tuas præcident.* Quam adulterarum pœnam eſſe, inquit D. Hieronymus, *ſup. dict. c. 23. Ezechielis.* Vbi, vniuerſa (inquit) hæc dicuntur, ſub tranſlatione adulteræ, & propter adulterium deturpatæ, vt nequaquam vltra glorietur in decore ſuo: ſed erubeſcat in fæditate quam magnitudine meruit voluptatum.

15 Olim † apud Atenienſes, primus Draco graui pœna in adulteros adulteraſq; animaduerti voluit, Pauſanias, *lib. 9. in Bæoti.* Qua poſtea temperata; adulteræ, publicorum templorum ingreſſu interdicebantur, videndus Nicephorus Gregoras, *hiſtor. lib. 2. pag. 21. in fin. & pag. 22.* At ſi ingreſa eſſet, in eam obio cuique, præter mortem, licebat quidquid libitum erat inferre. Mortem autem ob id nõ licebat, vt diutius in ignominia viueret; Demo-

moſtenes, *in orat. aduerſus Næream*. Aliud tamen pœnæ genus in adulteros deprehenſos cõmemorat Ariſtophanis Scholiaſt. *in Nub.* hiſce verb. ῥαφανῖδας λαμβάνοντες καθίεζαν ἐις τοὺς, *&c.*

Apud † antiquos Saxones adulteræ cru- 16
deli morte afficiebantur, vt Bonifacius Archiepiſ. *in epiſt. ad Ethelbaldum Anglorũ Regem*, quo loci, *In antiqua* (inquit) *Saxonia, vbi nulla Chriſti cognitio, ſi virgo in materna domo, vel maritata ſub coniuge ſit adulterata, manu propria ſtrangulatam cremant, aut cingulo tenus veſtibus abſciſis flagellant eam caſtæ matronæ, & de villa in villam miſſæ occurrunt nouæ flagellantes, & cultellis pungunt, donec interimant*, refert Caſiodorus, *vbi ſupra*.
Apud † Vandalos quoq; pœna non minima 17
erat, vt ſcribit Saluianus, *lib. 7. de gubernat. Dei, fol. 265. Addiderunt quoq;* (inquit) *ad libidinem comprimendam, ſeueras pudicitiæ ſanctiones, gladio in pudicitiam cohercentes: vt puritatem ſcilicet, vtriuſq; ſexus, & domi connubio reſeruaret affectus, & in publico metus legum. Ac ſic duplici præſidio caſtrimonia niteretur, cum & intus eſſet quod amaretur, & foris quod timeretur*. Parthi etiam † dicente Iuſti- 18
no,

no, *hiſtor. extern lib.* 41. nulla delicta adulterio grauius vindicarunt, Cælius Rodigin. *lectio. antiquar. lib.* 28. *c.* 15. Cornelius Tacitus, *de moribus Germanorum*, ita loquitur. Paucisſima in tam numeroſa gente ſunt adulteria quorum pœna hæc maritis eſt permiſſa; Acciſsis crinibus nudatam coram propinquis expellet domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. Publicatæ pudicitiæ nulla venia, non forma, non ætate, non opibus maritum inueniet. ¶ Sic enim depillata fœmina, & delicti ſui probationem geſtabat; & ſe vnam ex *veneris caluæ* congregatione præbebat. Cui Romani antiquitus, in memoriā abſciſorum crinium ſuarum vxorum, facellum ſtruxere, teſte Lactantio, *lib. de falſa religio. c.* 20. Vege. *de re milit. lib.* 4. Ioan. Roſ, *de anti. Rom. lib.* 2, *c.* 11. Calua enim luxurioſorum fuit inditiū, teſte Ariſtot. *lib.* 5. *de gener. animal. cap.* 3. Hinc Romam intrante, & triumphante Iulio Cæſare è Francorum gentibus, milites hoc in illum expenderunt facetum, teſte Suetonio, *in vita Iul. Cæſar. c.* 51.

*Vrbani ſeruate vxores caluum mœchum adducimus.*

Seleu-

Seleucus † Locrenſium legiſlator, vt adulte- 19
rorum oculi eruerentur, legẽ protulit. At cũ filius eius adulterij crimine damnatus, ſecundum legem ab ipſo conſtitutam, oculo vtroque carere deberet, ac ciuitas tota in patris honorem pœnæ neceſsitatem adoleſcentulo remiteret, aliquandium repugnauit Seleucus. Ad vltimũ verò populi precibus euictus Pater, ſuo prius oculo, deinde (vt legiſlator iuſtus) filij oculo erecto, vtriq; vidẽdi vſum reliquit, Valer. Maxim. *lib. 6. c. 5. de iuſtitia*, Cicero, *de legibus lib.* Cęlius Rodig. *lib. 21. lection. antiqua. c.* 45. Stobeus, *ſerm.* 42. Ælianus, *lib. 13. variar. hiſtoriar.*

Opilius Macrinus (teſte Iulio Capitolino *in ipſius vita*) acerrimus libidinis vltor fuit. Adulterij enim reos viuos ſimul iunctis cor-
poribus incẽdebat. ¶ Salæthus † etiam Cro 20
tonienſis Princeps, nihil maius crimine hoc exiſtimans, legem ſtatuit vt viui mæchi cremarentur; quam in ipſum poſtea (in adulterio cum vxore fratris deprehenſum,) ſpontè executus eſt; de quo Lucianus, *in Apologet. pro his qui mercede conducti ſeruiunt*, ¶ Regem quendã Tennem vocatum,

meminit Heraclides, *in lib. de politicis*, legem tuliſſe in adulteros, vt vtriuſq; corpus ſecuri conciderettur: cuius legis pœnam in filium edidit, Vnde in numiſmate, altera in parte ſecurim exarari iuſsit; altera vero, duos ex eadē prominētes ceruice vultus. ¶ Cethegum Senatorem quendam adulterij reum delatū, ceruice abſciſſa perijſſe, tradit Amianus Marcelinus, *lib.* 28. ¶ Nec † Iulij Cæſaris factū ig-
21 noratur, dicente Suetonio, *in illius vita c.* 48. qui ob æquitis Romani vxorem adulteratam, à liberto ſuo quodam gratiſsimo, eum, etiam nullo quærente, capitali pœna affecit. ¶ Nec ab Aureliano quidem Imperatore, de adulterio ſuplicium ſumptum reticebo. Militem enim, ob adulterium ab eo cum hoſpitis vxore comiſſum, ita puniuit: vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad militis pedes deligarat, eaſdemq; ſubitò poſtea dimiteret, vt ſciſſus ille vtrinq; penderet; tradit Celius Rodigin. *antiquar. lectio. lib.* 10. *c.* 5. *ad*
22 *finem*. Auguſtus † etiam Imperator, ex lege Iulia quam tulit, morte aut fuga adulteros puniuit, vt ex Arnobio, *lib.* 4. & Saluiano, *lib.* 6. refertur *in notis ad Caſiodorum epiſt.* 32.

*lib.* 1.

*lib.1.* Cornel.Tacitus, *lib.3.* & *libr.4.hiſtoriæ Auguſt.*Horatius,*lib.4.Ode 5.* vbi auguſtum Laudat, quòd illius pœnæ timore adulteria Cæſare videbantur. Sic.

*Nullis polluitur caſta domus ſtupris*
*Mos & lex maſculoſum edomuit nefas:*
*Laudantur ſimili prole puerperæ*
*Culpam pœnæ premit comes.*

Meminit etiam illius legis Iuliæ, tunc temporis à Domitiano in vſum redactæ, Martialis noſter, *lib.6. epigram.7.*

*Iulia lex populi ex quo Fauſtine renata eſt,*
*Atq; intrare domos iuſſa pudicitia eſt,*
*Aut minus, aut certò non plus triceſima lux eſt,*
*Et nubit decimo iam Theſalina viro,*
*Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege eſt,*
*Offendor mæcha ſimplitione minus.*

Nec ſilentio inuoluam, † dupliciter olim adulteros inteſtabiles effici. Primò, ſi ex ſententia, adulterij crimine damnati extitiſſent. Ij etenim, cum teſtimonium ferre non poſſent, *l.qui teſtamento 20.§.mulier, in fine, ff.de teſtamentis,* meritò nec teſtamentum facere, *l.is cui 18.* vbi gloſa, *ff.eod.tit.* notat Gotofred.*per text.* ibi, *in l.ob carmen lit. L. ff. de teſtibus.* Secundò, inter alias adulterij pœnas, hæc quandoque viguit, vt in adulterio de- 23

prehenſus caſtraretur, teſtatur Briſon. *ad leg. Iul. de adulter.* verbo *viro deprehenſus domi ſua.* Don Laurẽtius Ramirez de Prado (Diui Zebedei Apoſtoli rubro cõdecoratus ſtemate, & D.N.R. in ſupremo indiarũ cõſilio, meritiſsimus cenſor, qui ſuo floridiſsimo ingenio, omni literarum genere, præcipuam ſibi ſectauit ſellam) *ad martialem, libr. 2. epig. 60.* Demeſter. *in Paralip. ad Roſin. antiquitat. lib. 8.* Et meminit Aragonenſis noſter, *dict. lib. 2. epigr. 60.*

*Vxorem armati frueris, puer Hyle, Tribuni,*
*Supplicium tantum dum puerile times.*
*Ve tibi, dum ludis, caſtrabere. Iam mihi dices,*
*Non licet hoc. Quid? Tu quod facis Hyle, licet?*

24 At cum Eunuchi, † nec teſtimoniũ ferre, nec teſtamẽtũ cõdere poſſent; ex adulterij pæna (ideſt caſtratione) inteſtatorũ aſequebantur effectus, vt conſonat illud Plauti, *in Curculione, actu primo in prin.* quo loci, Palinurus ſeruus; Phędromo domino ſuo, vt à nuptarum mulierum concubitu abſtineret, conſulens, hanc exponit cauſam.

*Ita tuum conferto amorem ſemper, ſi ſapis,*
*Ne id quod ames populus ſi ſciat, tibi ſit probrò.*
*Semper curato ne ſis inteſtabilis.*
*Quod amas, ama teſtibus præſentibus,*

Quaſi

Quaſi diceret eijce nuptarũ cõcubitos, ne repertus inteſtabilis permaneas (loquitur ab effectu, ſcilicet ne caſtreris) & mox proſequitur; quod amas, ama teſtib⁹ pręsẽtibus, quaſi diceret, has cõcupiſcas mulieres, quib⁹ aſecutis, tua cõſerues virilia. Cõducit illud etiam Plauti, *in milite glorioſo, act. vlt. prope finẽ*, vbi cũ Pyrgopolynices in domo Periplectomenis, ſenis, ſe maritũ fingẽtis, captus extitiſſet; eo vapulationẽ (dari iuſsã) ſpectãte, genitaliũq; abſciſsionẽ; ſic ſe, plangens, excuſabat.

*Viduam eſſe cenſui, atque ita*
*Ancila conciliatrix dicebat mihi*
Periplec. *Iura te nociturum eſſe*
*Homini de hac re nemini*
*Si te ſaluum mitimus venereum nepotulum.*
Pyrgop. *Iuro per venerem, & martem, me nociturũ nemini,*
*Quòd hic hodie vapulo, ſed mihi*
*Id æquè factum arbitror.*
*Et ſi inteſtatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia*
Perip. *Quid ſi id non faxis?*
Pyrgop. *Vt viuam ſemper inteſtabilis.*
Car. *Ergo des minam auri nobis.*
Pyrgop. *Quam ob rem?*
Car. *Saluis teſtibus,*
------ *vt te hodie hic amittamus, &c.*

**Diuerſimodè † quoq; nunc ex particularium Prouinciarum ſtatutis, punitur adulterium,** 25

rium. Apud Placentinos ex ſtatuto viget, nō modo adulterium, ſed & illius quoq; nixum capitali pœna puniendum, tradit & explicat *nixum*, Bal. *conſ.* 356. *incip. ſtatuto Placentiæ, per totum, par.* 1. Morte etiam adulterium puniunt Longobardi, vt videri poteſt in ſuis
26 legibus, *tit. de adulterio.* In † Saxonia, pœna capitalis inflingitur, vt tradit Schencideuuinus, *ſuper inſtit.: ad tit. de publicis iudicijs.* Item ex ſtatuto ciuitatis Papiæ cauetur, quod ſi adulter in domo mariti delictum perpetrauerit; pœna vltimi ſuplicij puniatur, vt ex ſtatuto illius ciuitatis criminali 79. *tit. de pœna raptoris & carnaliter cognoſcentis mulierē.* Brixiæ etiam extat ſtatutū 21. *tit. de pœna mulieris habentis maritum, comitentis ſtuprum ſeu adulterium, in crimin.* quò adulteram morte
27 naturali plecti cauetur. In † Caſtella, adulter morte punitur, extat *l.* 15. *tit.* 17. *par.* 7. In noſtro autem Aragonum Regno, probato adulterio, pœna mortis naturalis, in adulterā ſtatuta eſt, *forus vltimus, tit. de adulterio & ſtrupo, fol.* 164. Molinus, *noſter* verbo *adulterium, verſ. adulterium ſi comiſerit, fol.* 13. *col.* 2. vbi Hieronymus Portoles, *in Scholijs numer.* 9.

Tan-

Tandem † de iure ciuili, adulteri capitale ſupplicium ſuſtinent, *l. caſtitatis*, 9. *l. quamuis adulterij* 30. *in fine*, *C. ad leg. Iul. de adulter. l. tranſigere*, *C. de tranſactio. §. item lex Iulia de adulterijs*, *inſtit. de publicis iudicijs*, cuius pœnam meminit Arnobius, *Aduerſus gẽtes, lib.* 4. Sic, *ad libidinem homines proni, atq; ad volũtatum blauditias naturæ infirmitate procliues, adulteria tamen legibus vindicant, & capitalibus afficiunt eos pœnis, quos in aliena comprehenderint fœdera genialis ſe lectuli expugnatione iecisse*. Similiter Apuleius de Aſino, *lib.* 9. *Ac ne iuris quidem ſeueritate, lege de adulterijs ad diſcrimen vocabo capitis tam venuſtum atq; pulchellum*. Scribitq; D. Hieronymus Sabiniano Diacono. *Non tibi illa nunc replico, quod plures virgines ſtupraſſe narreris, quod à te nobilium violata matrimonia publico cæſa ſint glãdio, quod per lupanaria impurus & belluo cucurriſti.* 28

Hæc, quoad publicam vindictam ordineve iuditiario ſeruato. Quo ad priuatam tamen, contemplata delicti atrocitate, iuſtiſsime † olim legibus antiquis aſsiſtentibus, permiſſum eſt, poſſe maritum impunè adulterũ 29

cum

cum vxore repertum occidere, vt ex M. Catone, *in oratio. de mulier. veterum victu & moribus*, apparere conſtat, cuius in eam rem adſcripſit verba Aulus Gelius, *nocti. aticar. lib.* 10. *cap.* 23. meminit Liuius, *lib.* 9. *de cad.* 4. Suet. *in Tiber. cap.* 35. Tacit. *lib.* 13. *anal.* Valer. Maximus, *lib.* 9. *cap.* 3. Dioniſius Halicarnaſ. *lib.* 2. quos refert Vueſembec. *in paratil. lib.* 48. *digeſtor. tit.* 5. *ad leg. Iul. de adulter. n.* 20 recenſet *can. interfectores, & can. inter hæc* 33 *q.* 2. *c. ſi vero el primero extra de ſententia ex-*
30 *communic.* Sed † iure noſtro, aut poſteriori-bus latis legibus, licentia illa coharctata eſt, vt ita demũ id marito liceat facere impunè, ſi adulter vilis perſona fuerit, & in mariti domo reperiatur, *l. marito* 24. *ff. ad leg. Iul. de adulter. l. Grachus* 4. *C. eod. tit.* Mulierem tamẽ, etiam in fraganti repertam adulterio, occidere non poterit, *l. ſi adulterium, §. maritus, ff. eod.* vbi Azo *in ſumma C. dict. tit. numer.* 20.
31 Item † maritus poterit impunè occidere virum quem ſuſpectum habet cum vxore ſua de adulterio, ſi poſt trinam denuntiationem ne cum vxore alloquatur, cũ ea in loco ſuſpecto repertus fuerit, *auth. ſi quis ei quem C.*

ad

*ad leg. Iul. de adulter. auth. vt liceat matri & auiæ, §. his quoq; colat.* 8. Vueſembec. *d. lib.* 48. *tit.* 5. *nu.* 20. Iul. Clarus, *in §. homicidium num.* 40. Extra hos tamen caſus, non occidere; ſed captum adulterum retinere poterit maritus per viginti horas, adulterij propallandi cauſa, *l. capite quinto* 25. *ff. ad leg. Iul. de adulter.* Qui quidem adulter ſi armis reſiſterit ne capiatur, non dubito quin à marito impunè occidi valeat: Nam tunc maritus in diſcrimine poſitus, iure ſuo vtitur; & præter vitæ propriæ defenſionem, publicam vtilitatem tutatur; & intereſt quidem, ne inſolentiora delicta, impunita omninò, in Reipublicæ perniciem euadant. At ſi forma † prædi- 32
cta non ſeruata, & extra caſſus illos à lege permiſos, maritus adulterum vxoremve occiderit (quia difficile eſt iuſtum dolorem temperare) mitiùs ſanè puniri debebit, *dict. l. Grachus* 4. *l. ſi adulterium* 38. *§. Imperatores, ff. ad leg. Iul. de adulter. l.* 1. *in fine, ff. ad leg. Cornel. de Siccar. l.* 3. *§. ſi maritus*, iuncta gloſſa, *ff. ad S. C. Sylanian.* Azo *vbi ſupra, dict. numer.* 20. Baiardo, *ad Clarum, in §. adulterium, numer.* 60. & 61.

ex Gramat.*deciſ*.23.*num*.1. Iul.Clar. *d.§.homicidium nu*. 40. Molinus *verbo* adulterium *verſ.veritas eſt,fol*.13.*col*.3.*ad finem*, conducit illud Valerij Maximi,*lib.6.cap*.1.*verſ*.13.
33. Sed † tamen ego ita mitius virum (maxime nobilem & honoratum) occidentem adulterum & vxorem in actu deprehenſos punirem;vt vix potius ſe abſolutum,quam punitum eſſe conſpiceret. Turpe ſiquidem eſt in honeſtumq; probis viris, honoris proprij iacturam,inultam indefenſamque relinquere,vt iudicem adeant, qui certo certius illorum patientiam atq; animi tranquilitatem irridere valeat.Si itaq;iuditium in adulteram vxorem maritus ſuſcipit, honorem amittere cum ſe palàm, fronte elebatum pronuntiet. Ergo vt honorem conſeruet, quid ni ſuplicium priuatim ſumet? Procinat Caſiodorus, *var.epiſt.lib*.1.*epiſt*.37.Criſpiano. *Quis enim* (inquit) *ferat hominem ad leges trahere, qui matrimonij niſus eſt iura violare? Feris inſitum eſt, copulam ſuam extrema concertatione defendere. Dum omnibus eſt animantibus inimicum, quod naturali lege damnatur. Videmus tauros, fœminas ſuas cornuali concertatione defendere;*

*re: Arietes pro ſuis ouibus capitaliter inſæuire: Æquos adiunctas ſibi fœminas colaphis ac mor ſibus vendicare. Ita pro copulatis animas ponunt,qui verecundia non mouentur.Homo autem quemadmodum patiatur adulterium inultum relinquere, quo ad æternum ſuum dedecus cognoſcitur comiſsiſſe?* Igitur indecorum eſt adulterij iuditium inſtruere: † Nam vt refert 34
Baiard.*in §.adulterium nu.*61.de talibus iniurijs quærela proponi non ſolet coram iudice,niſi per viles homines,& impotentes,qui de verecundia pœnes homines, & vulgum non curant, ita tradit Io. Anto. de Nigris, *ſuper capitulis Regni,in c.*252.*incip: ord. peruerſorum num.*47. Vnde ergo honoris remedium? Vnde vitæ incolumitas ſi non offenſus in adulterum vitæ ac honoris defenſionem dirigat? Quare delinquenti parcendum, cum ipſemet nec honori meo pepercerit delinquendo? Iam ergo iudicem adire pro adulterio vindicando, turpe eſt facinus. Igitur pribata defenſio marito haud deneganda. Nam ſi tacet ac ſimulat, vltra quod honoris quoq; iacturam patitur,leno creditur. Fędus matrimonij indies ſæpe ſæpius violatur. San

guinis tergiuerſatio, præciſa. Propallatio adulterij, neceſſaria. Inde honoris amiſſio; familiæ ac cognatorum perturbatio; bonorum perditio; conſortiſq; vitæ diſpendium.
35 Nam † corporis ſui prodiga, quæ bonorum, quæ mariti cura? Nulla certè: imò potius & mariti vitã & ipſius odit bona, vt Perictyon. Pitagor. *ex lib. de mulieris concinitate.* Eſt enim luxuriæ muliebris prodigalitas, comes perpetua, ita quod luxurioſa, eadem neceſſariò & prodiga cenſeatur: vſq; adeò vt non admitatur in contrarium probatio, ex Felino *in c. paſtoralis col. 3. de iuditijs*, per tex. *in l. & mulieri, ff. de curator. furioſ.* Audiamus paulisper Ludouicũ Viues, *de inſtit. fœminæ Chriſtianæ, lib. 2. c. 2.* Negligit enim (aſſerit) domum mulier adulterio alienata, & inmemor ſui, nec fortunas diligere poteſt eius, cuius odit vitam, ac ne liberos quidem. Iam quid non concedat ei mulier, cui ſe & pudicitiam ſuam, hoc eſt maxima ſua bona proſtituit? Scilicet pecuniam negabit, aut Regnum, aut filiorum mortem, cui non negauit ſemetipſam? Cui conſcientiam ſuam prodidit? Liuia Germanici ſoror, tradita ſemel Seiano pudi-

citia,

citia, homini plus ætate media, ignobili, impuro, abnuere illi non ſuſtinuit Druſi mariti ſui filij Tiberij Cæſaris, hæredis tanti imperij, iuuenis formoſiſsimi, generoſiſsimi, animoſiſsimi, ad hæc liberorum quos ex eo ſuſceperat necem: ſpreta regni certiſsima ſpe, excuſſa pietate filiorum, non reuerita Antoniã matrem, & Auguſtam auiam, grauiſsimas ſæculi ſui matronas: inmemor nobiliſsimi ſanguinis, tum patris, fratriſq; quos humanum genus de probitate pro dijs venerabatur, paratis ſub ſagaciſsimo & ſeueriſsimo ſocero tormentis, ſub quibus & Liuiæ ipſi, & Seiano, & eorum amicis omnibus anima erat (vt euenit) per mile atrociſsimas neces exigenda. Nimirum nihil ſibi reſeruat mulier, quæ pudicitiam abiecit.

Suadeat tamen, quod ſi † preuenire agreſorem Doctores conſulunt quando vitæ meæ periculum adeſt, & quando aduerſarius vt me interficiat parat inſidias, quemque occidere poſſum quando abſque mei honoris detrimento ſaluus euadere nequeo, *vt ſupra latè* in præcedentibus quæſtionibus oſtenſum eſt; quare maritus, vt vitam 36

ho-

honorem,& bona tutetur, adulteros non oc-
73 cidet? Tam † euidens reſultat ex adulterio, mariti mortis machinatio, vt mihi vix ſuadere queam, quidquam extitiſſe adulterium, quod in ſe mariti mortem aut comiſſam, aut deliberatam, non haberet. Ex parte adulteri, indies experimur (vtinam tam expertum nõ eſſet) & præ manibus Vriæ habemus exemplum; quem Dauid Rex poſt adulterium cum illius vxore Beth-Sabee patratum, inſidioſè ſatis occidere iuſit, vt ex *lib. Regum* 2. *cap.* 11. apparet. Solent enim nuptarum mulierum corruptores vitæ maritorum inſidiari, vt ex *can. ſi quis viuente* 31. *q.* 1. tradit Eneas Robertus, *rerum iudicat. lib.* 1. *c.* 14. Ex parte ve-
38 rò † mulieris, quid? Et ſi dicta ſufficere poſſent, extat tamẽ Candaulis Lydij exemplum apud Iuſtin. *lib.* 1. & Herodot. *lib. etiam* 1. qui dira vxoris machinatione cæſus eſt, tradit Iacobus Menoch. *de arbitra. iud. lib.* 2. *centur.* 5. *caſſu* 419. *in fine.* Eneas Robertus, *d. cap.* 14. Fabius quoq; Fabricianus (de quo Plutarch. *in Paralellis*) adulteræ vxoris inſidijs, trucidatus fuit, Æneas Robert. & Menoch. *vbi prox.* Romani etiam Argyropoli Conſtanti-

no-

nopolitani Imperatoris exemplum idem re-
fertur apud Egnatium, *in epitome ſua*, Me-
noch. *d. caſſu* 419. & Iuſtin. *lib.* 7. tradit. Eury-
dicem vxorem Amyntæ poſterioris Mace-
donum Regis, cum genero ſuo adulterium
comiſiſſe, nuptiaſque ei, marito occiſo pa-
ctam; quas, niſi res prodita fuiſſet, omninò
celebraſſet. ¶ Scias etenim tam prope mor
tem conſortis eſſe, vt eodem adulterij inſtan
ti, & veneficium marito præparare vxor cen
ſeatur: Nam † ſi adultera, ergo venefica. Qua 39
re Seneca, *controuerſ. lib.* 4. Vno ex his duo-
bus delictis probato, alterius probationem
liquidò apparere credit: quaſi cum dicimus
mulierem adulteram fuiſſe; ipſam quoq; ob
id veneficam credamus. M. Cato, referente
Fabio Quintiliano, *lib.* 5. *cap.* 11. *tit. de exem-
plis*, adulteram nullam, non eandem eſſe ve-
neficam dicebat, Cicero, *lib.* 4. *retoric.* Et in
*auth. de nuptijs*, §. *mitiores*, *l. conſenſu.* §. *vir
quoq;* *C. de repudijs*, quaſi quadam afinitate
coniunctæ, adulteræ & veneficæ mulieres
adiunguntur, ibi: *Niſi adulteram vel venefi-
cam.* Quintilian. *declam.* 14. *pro iuuene contra
meretricem, parum poſt prin.* † Veneficium to 40

ta

ta vita meretricis eſſe, dixit. Menander apud Lucianum, *in lib. cui titulus* εὔνοες. cupiens a connubijs viros auertere, ac deterrere; ſcripſit ſic. Confeſtim quam quis vxorem duxerit, adulteriũ nuptiali thoro ſubſidere: Mox inſidias venenaq; ob oriri. Cuius hæc verba. κὴν γαμικλῷ λεχᾶ μοιχὸς, *&c.* Accedat Diuus Ioa. Chriſoſtomus, *homil.* 49. *in Mathæum*, vbi ſic. Mulieres (ait) adulteras ad maritorum cædem, quibus iniuria aferre meditantur, paratas eſſe & accinctas. Spectat etiam illud. Euripidis *in Creſis* apud Stobeum *c.* 70. ita.

*Nunc ducite vxore, ducite inquam, & mortem obite*
*Mulierum aut veneno, aut fraude.*

Tum & Auſonius Medicus Poeta Gallus, *epigram.* 10. *de vxore quæ virum voluit veneno necare* inquit.

*Toxica Zelotypo dedit vxor mæcha marito,*
*Nec ſatis ad mortem credidit eſſe datum,*
*Miſcuit argenti lethalia pondera viui*
*Cogeret vt celerem vis geminata necem,*
*Diuidat hæc Siquis, faciunt diſcreta venenum,*
*Antidotum ſumet, qui ſociata bibet.*
*Ergo inter ſe ſe dum noxia pocula certant,*
*Ceſſit læthalis noxa ſalutiferæ.*
*Protinus & vacuos alui petiere receſſus,*
*Lubrica deiectis qua via nota cibis.*
*Quam pia cura Deum, prodeſt crudelior vxor,*
*Et cum fata volunt, bina venena iubant.*

Vi-

Videndus omnino D. Io. Chriſtophorus de
Suelues, qui materiam proſequitur doctè vt
ſolet *conſ.37.n.55.in ſemicent.* Proferat † M. 41
Tul.Cicero, *ad Heren.lib.4.rethoric.* Maiores
(inquit) noſtri, quam impudicam iudicarãt,
eam quoq; damnatam veneficij exiſtimabãt.
Quid ita? Quia neceſſe eſt eã, quæ ſuum cor-
pus addixerit turpiſsimæ cupiditati, timere
per multos. Quos? Iſtos, virum, parentes, cę-
teroſq; ad quos videt ſui dedecoris infamiã
pertinere. Quid poſtea? Quos tantopere ti-
meat, eos neceſe eſt, vt quoquomodo poſsit,
veneficio petat. Cur? Quia nulla poteſt hone
ſta ratio eam retinere, quam magnitudo pec-
cati facit timidã, intẽperantia audacẽ, natura
muliebris incõſideratã. Quid veneficij dãna-
tã? Quid? Putabant impudicã quoq; neceſſa-
riò. Quare? Quia nulla faciliùs, ad id malefi-
ciũ cauſa, quam turpis amor, & intemperans
libido, comouere potuit. Hæc ille. Vnde D.
Hieronymus, *in lib. aduerſus Iouinianum* 1.c.
28. de muliere loquens, inquit. *In odium ver-
tetur ac iurgia, & niſi cito conſulueris, parabit
venena,* tradit Eneas Robertus, *rerum iudicat.
lib. 1.c.14.* Conducit illud Euripidis, *in Ione.*

*Quot cædes iam veneficiorum lethalium*
*Mulieres inuenerunt, viris perniciem adferentes.*

42 Iam † ergo ex adulterio, maritum & honoris detrimentum & ipſius vitæ inſidiæ neceſſariò aſequuntur. Hinc famæ diſpendium, quo ad maritum morte grauiùs, *l. codicillis 91. §. matre* vbi *apoſtil. margin. ff. de legatis* 2. Ioan. Nebizan. *lib. 2. Siluæ nuptial. n.* 68. quos tradit Valençuela, *conſ.* 28. *poſt num.* 50. *p.* 1. Quid enim vita ſine honore? Fæliciùs quidẽ probos homines ſepeliri, quam ignauos viuere, cenſuit Valerius Maximus, *lib.* 5. *cap.* 2. *de gratitudine, verſ.* 3. *in fine, & lib.* 3. *cap.* 2. *de*
43 *fortitudine, verſ.* 14. *in fine.* Ergo marito † adulterium tolerare non licet, ſi honorem ſeruare cupiat. Hunc defendere, iura omnia permitunt. Vxor enim, viri honoris depoſitaria eſt, non domina; quem, adulterando, marito aufert furaturq; Vnde merito ad cælos vſq; extollenda (quia vnica) Lacæna quædam marita: Iuuene rem fædam roganti; darem (ait) ſi meum peteres: nam quod petis, patris erat dum eſſem virgo; nũc mariti poſt quam nupti. O duræ gentium leges, quæ in re tam fragili hominum honores conſtituere! Permi-

tunt

tunt quidem ille, bona vitamq; defendere; ergo contra auferentem pluſquam res, & pluſquam vitam, cur minus? Quiſq; ſecum conſulat, manumq; pectori aplicet, an hæc ſibi toleranda videantur, quando animantia omnia diſcurſu carentia ſeuerisſimè adulteria vindicant. ¶ Leænã † Ariſtoteles ſcribit à leone diſcerpi, ſi adulteratam deprehẽderit. Cig 44
num fæminam multi viderunt confectam à maſculo, quod alterum marem ſecuta eſſet, tradit Ludouicus Viues, *de inſt. fæminæ Chriſtianæ, lib. 2. cap. 6. de zelotypia in prin.* Porfirius etiam de palumbarum caſtitate loquens, *lib. 3. de abſtinentia eſſus carnium*, ita loquitur. Quis enim palumbarum caſtitatem non miratur, quæ ſi forte ab adultero compreſæ fuerunt, cum ſi deprehenderint confodiunt, ac necant. Videndus Ælianus, *lib. 3. animal. cap.* 44. ¶ Scribit etiam Guiliel. Pariſienſ. ſuo tẽpore Ciconiam quandam adulterio coniunctam, per olfactum maſculi cognitam, congregata ab ipſo maſculo multitudine ciconiarum, ac detecto ipſe fæmellæ crimine, ipſam à tota illa multitudine, tanquam omnium iuditio conuictam, deplumatam, ac

laceratam fuiſſe.

45 Vnde † non inmerito iuſtas illas appellarem leges, marito vindictam priuatim de adulterio ſumere permitentes (vel vt Laymã, *tract. Theolog. moral. lib. 3. de iuſt. & iure, ſect. 5. tract. 3. par. 3. cap. 2. num. 4 in fine.*) Quemadmodum illæ quæ olim viguere, de quibus, Aulus Gelius, *noct. atic. lib. 10. cap. 23.* ex M. Catone, *in orat. de mulier. veter. victu*, Tacitus, *libr. 13. anal.*. Dioniſ. Halicarnaſeus, *libr. 2.* recitans antiquam quandam Romuli legem in hæc verba. ἁμαρτάνουσα δέτι γυνὴ, &c. ¶ Ex Platone lege ſancitum eſſe, adulterum impunè occidi à viro poſſe, tradit Cælius Rodigin. *antiquar. lectio. lib. 29. cap. 18. ad fin.* Adulterum in vxoris concubitu deprehenſum, priſcis etiam temporibus marito impunè occidere licuiſſe, vltra Plutarchum, *in vita Solonis*, tradit Lyſias (vnus ex decem oratoribus) ex defenſione quam conſcripſit, *de Eratos thenis adulteri morte*, & huiuſce rei, Pauſanias, *in Bæoticis*. Polybius etiã Megalopolitanus, *lib. 2. hiſtoriar.* eum inſontem declarat, qui adulterum interfecerit. ¶ Ex lege *duodecim tabularum* hæc erat ſenten-

tia

tia *Mæchum in adulterio deprehenſum, neca-
to*; vt apud Aymarum Riballium & Olden-
dorpium, Iulius Paul. *lib. 2. ſententiar. titul.*
27. † ¶ Apud Procopium, *lib. 1. de bello Goto* 46
*rum*, ſcriptum reperitur, Gotorum legibus li
citum fuiſſe adulterum occidere, etſi legati
fungeretur munere. Et nunc in Italia vſitatū
eſſe; vt deprehenſos adulterum & vxorem,
maritus ſimul iugulare impunè poſsit, tradit
Vueſembec. *in paratil. lib. 48. digeſtor. tit. 5. nu.*
20. In † Caſtella hodie extat *lex 2. tit. 15. li. 6.* 47
*ordinam.* & practicatur, vt Anto. Gomez, *ad
legē 80 tauri, n.* 51. qua marito licet deprehē-
ſos adulterū & adulteram, abſq; diſtinctione
perſonarū, occidere. Et de iure ciuili indiſtin
ctè tenet Petrus a Plaça, *in epito. delictor. lib. 1.
c. 15. n.* 17. marito licitū eſſe, adulterū adulte
rāve in fraganti crimine occidere, ex *l. quam
uis adulterij in fine, C. ad leg. Iul. de adulter.* Io
ſeph. Cumia *ad ritu. magnæ Curiæ c. 72. n.* 27.
Sic etiam Eneas Robertus, *lib. 1. rerum iudi-
catar. c.* 14. *Maritus quidem ipſe* (inquit) *vin-
dex eſt thori genialis.* Nec † in foro exteriori 48
puniri maritum, vxorem in adulterio depre-
henſam occidentem, aſſerit Azpelc. Nauarro

*in*

*in manuali confeſ.cap.15.de quinto præcepto de calog.poſt num.3.in fine*, P.Soto,*de iuſt.& iure,lib.5.q.1.art.3.verſ.ſubſequitur, c.3.de ſen-*
49 *tentia excom.in gloſ.* verbo *turpiter*, vbi † nec maritus clericum cum vxore repertum occidendo, incidit in excommunicationem ex can.ſi quis ſuadente diabolo. Adulterij enim crimen, cum principaliter ſolius mariti pudorem atq; exiſtimationem ledat; ideo legitima eius vindicta & perſecutio ſoli marito datur. Vnde illud Horatij.

*Fuit hæc ſapientia quondam concubitu prohibere vago*
*----- dare iura maritis.*

Virgil. *lib.6. Æneidos.*

*Quiq; ob adulterium cæſsi.*

Et Iuuenalis, de adultero loquens, *ſatiſ.* 2. ita aſſerit.

*Qualis erat nuper tragico polutus adulter*
*Concubitu,qui tunc leges reuocaret amaras,*
*Omnibus atq; ipſis veneri, martiq; timendas.*

Accedat Philo, *lib. de Ioſeph.* traditus à Doctore Ioanne Chriſtophoro de Suelues,*conſ.* 37.*num.* 42.*in ſemicent.*vbi: *Qui ad hanc diem purus manſi,non incipiam ab adulteri leges contemnere, flagitio peſimo, qui etiam ſi alias perperam educatus eſſem,& obſecutus ætatis affe-*

*cti-*

*ctibus, aut veſtram imitatus laſciuiendi licentiam, tamen non deberem alieno inſidiari matrimonio, quod crimen cui mortalium non cæde vindicandum videtur?* Tanta † ſiquidem eſt 50 adulteriorum frequentia, vt niſi ius hoc marito pleniſsimè concedatur (aut ſaltim de eo facto leges non conquerantur) vix tale ſcelus in republica placari valeat. Nam in iuditio, raro ex officio adulterium punitur. Et in hoc Regno (foraliter) nunquam: niſi parte legitima (veluti maritus, *vt Mol. d. verbo adulterium*) inſtante. Pars ergo quæ tam fæda eſſe poteſt, quæ publicè in iuditio pudorem ac propriam exiſtimationem proponat? Vnde vt Poeta ille, *ſatiſ.* 2.

*Vbi nunc lex Iulia? Dormis?*

Dicere quoq; poſſumus, *vbi nunc forus de adulterio? Dormis?* Igitur præter legis pœnā marito quoque punitio deneganda non eſt, Tertul. lib. de cultu fæminarum: *Omnis maritus* (aſſerit) *caſtitatis exactor eſt* Caſiodo. *var. epiſto. lib.* 5. *epiſt.* 33. *Mulieribus* (inquit) *caſtitatem ratio perſuadet, pœnam leges imponunt, terror maritalis extorquet.* Puniendæ † itaque 51 ſunt mulieres, vt ſuplicij publici, priuatiq;

ti-

timore, à deteſtato illo libidinis actu arceantur, vt ait Euripides hiſce verſibus.

*Vbi vero venerit Argos, vt digna eſt, malè*
*Mala morietur, & mulieribus, vt caſtæ ſint,*
*Omnibus exemplum erit. Facile quidem hoc non ſit:*
*Sed tamen huius cædes in metum inijciet*
*Fatuitatem illarum, etſi fuerint peſsimæ.*

52 Ex quibus † ego certè (ſuo modo) non damnarem maritum adulteros repertos occidentem; cum non ſolum eo caſſu propriam vitam, ſed & honorem, & bona, naturali iure aſiſtente defendat. Quodammodo enim prouocatus & ad ſuam defenſionem feciſſe videtur, ait Anto Gomez, *ad l.* 80. *taur. num.* 53. Imponat puncto huic diſertiſsimum emblema, Caſiodorus, *var. epiſt.* 37. *lib.* 1. Et ideo (inquit) ſi oblatæ petitionis minimè veritate fraudaris, & genialis thori maculam deprehenſi adulterij ſanguine diluiſti, nec ſub prætextu cruentæ mortis, ſed cauſa pudoris intendis: ab exilio quod tibi conſtat inflictum, te præcipimus alienum. Quoniam pro amore pudicitiæ porrigere ferrum maritis, non eſt leges calcare, ſed condere. Ita tamen, vt ſi legitimus extiterit accuſator, de facti tui qualitate te noueris audiendum: vt ſi innoxios

xios peremiſti, crimen publica diſtrictione recenſetur. Si male initos complexus adulteforum morte diuiſiſti, eſtimetur potius vindicta, quam culpa. Si quis autem tibi calumniantium damna generauit, & Agrello, vt aſſeris, fideiuſori tuo à Vicario vel eius officio extortam conſtiterit fuiſſe pecuniam, noſtra iuſione conuentus, ſecundum leges ablata reſtituat. Hæc ille. Et hactenus ego, quo ad maritum.

Quo ad patrem tamen, vnica † concluſione eſt dicēdum, poſſe filiam & adulterum in 53
rebus venereis deprehenſos, propria auctoritate occidere; concurrentibus tamen his. Primò, quod filia ſimul cum adultero occidatur à patre. Intelligas ſimul, vno ictu, vel incontinenti: aliàs ſi pater relicta filia adulterum occidat, legis Corneliæ de Siccarijs pœna teneretur. Incontinenti quoque intelligitur, & ſi per filiam fuga arrepta, pater dum eam inueniret, aliquod temporis ſpacium conſumeret; dum tamen filia inuenta, illicò eam perimat, *l. quod ait 23. §. vltimo, ff. ad leg. Iul. de adult.* Quin immo, & ſi filia ſe in caſtro quodam ocluſa tueretur, paterque

eam obſeſſam poſt quinq; aut ſex menſes occiderit, dicetur filiam incontinenti occidiſſe, Auguſt. Arimin. *ad Angelum de maleficijs verbo che ay adulterato la mia dona, num.* 21. Intelligas tamen, non eſſe præciſsè neceſſarium patrem filiam ex ictu mortuam, ſed ſufficit eam ita grauiter vulneratam relinquere, vt veroſimile videatur ex vulneribus defecturam: quæ etſi poſtea liber euadat, non patri imputabitur euentus, Aretin. *vbi prox. nu.*
54 11. An autem † pater iure ſuo vtens filiam pregnantem perimere poſsit; fatetur Aretin. *d. n.* 11. per Bar. *in l. Imperator, num.* 2. *ff. de ſtatu hominum*, & ipſe Bartolus, per Giliel. quem *ibi* refert. Diſentire videtur Ariminenſ. *d.* verbo *che ay adulterato, nu.* 19. per tex. *in d. l. Imperator* 18. vbi mulier ad mortem damnata, vſq; dum pariat non punitur, *l. pregnantis, ff. de pœnis*, Iul. Clar. *in §. fin. q.* 97 *n.* 5.

55 Secundo † requiritur, quod pater, adulteros in ipſa turpitudine reperiat. Non autem hoc iure pater vti poterit, ſi venereo actu conſumato, ad alios extraneos actus pergerent. Verum hoc vltimum nõ mihi multum placet, ſi ſigna perfecti actus apareant, & in

co-

eodem loco ſuſpecto adhuc exiſtant. Nam nec requiritur, vt iure ſuo pater vtatur, quod ipſe, adulteros reperiat actualiter coheuntes, ſed adulterij præludia ſufficiunt; vt ſi pater illos inueniat ſolos in camera vel loco ſuſpecto, blandis verbis vtentes, mamillarum tactu, oſculiſve interuenientibus, Angel. Aretin. *d. verbo che ay adulterato, num.* 1. qui & in clerico (quidquid Salicetus arbitretur, *in d. l. Grachus ex gloſſ. in can. abſit* 11. *q.* 3. Vbi clericus (ait) fæminam amplectens, id animo benedicendi facere creditur) idem procedere ſentit: & ego quoq; ſentirem his temporibus & non immeritò, (etſi Auguſti. Arimin. *ibid. n.* 18. teneat, conſiderandas eſſe circunſtantias loci, temporis, & perſonarum) nam quæ præſumptio illud tam euidens veneris præludium obumbrare poteſt?

Tertio † requiritur, quod filia ſit nupta; 56
vnde in viduam pater ius non habebit. Quarto requiritur, quod pater filiam (etſi adoptiuam) in poteſtate habeat. Quinto requiritur, quod adulturos ſimul coheuntes, pater in domo propria in qua ipſe degit, vel in domo generi reperiat. Extra hos itaq; caſſus, haud

Oo 2 pa-

patri filiam adulterumve occidere permittetur, vt omnia prædicta deſumuntur, ex *l. patri* 20. *l. ſic eueniet* 21. *l. nec in ea* 22. *l. quod ait* 23. *ff. ad leg. Iul. de adulter.* Angel. Aretin. *d. tract. de maleficijs* verbo *che ay adulterato la mia dona*, *a n.* 8. Iul. Clarus, *in §. homicidium n.* 39.

57 Verum ſupradicta † iuris diſpoſitio in hoc honoris caſu, nõ capio quomodo ad praxim tot conditionibus reduci poſsit. Nec mihi credo, vllum eſſe patrem in tam graui honoris dolore, curantem prędictas diſtinctiones obſeruare, ſi alias honori ſuo cõſuli nequeat. Nec cum hoc adſeuero patri licitum indiſtinctè eſſe filiam & adulterum occidere; cum facultas hæc occidendi, ipſi à iure ciuili ob doloris grauitatem tributa, potius ſit vindicta, quam iuris naturalis permiſa defenſio.

58 Si enim defenſio † eſſet, vtique patri iure naturali contra quemcunq; & quolibet loco indiſtinctè competeret. Eſſet quidem naturalis defenſio, ſi adulter vi filiam oprimere vellet: contra quem & ipſius iniuriam, non ſolum filiæ ac patri; verum & cuicunq; prorſus extraneo, vt illius filię pudicitię occurreret, ius competeret naturale defenſionis, ad vim infe-

ren-

rentem occidendum; de quo latius, *infr.q.1. lib.5.* At cum volenti iniuria non fiat, vulgata, *l.1.§.vſq; adeò ff.de iniurijs* ceſſat naturalis ius; & pater, pro ea parte qua honoris damnum patitur (etiam filia conſentiente) iure ciuili aſiſtente, vindictam ſumere poterit, conditionibus prædictis ſibi permiſſam.

Crederem tamen, † patrem in ſupradictis deficientem conditionibus, mitiſsimè puniẽdum eſſe, dũmodo in flagrãti crimine coeuntes reperiat. Quomodo enim poteſt pater, tã grauẽ dolorem ex tam atroci iniuria, cui nõ modicum honoris detrimentũ ſpectat, æquo animo ſuſtinere? Innumera ſiquidem extant exẽpla, quibus indiſtinctè aparet, ſcelus huiuſmodi priuatim à patre ſeueriſsimè punitũ extitiſſe. Pontius Aufidianus eques Romanus, poſtquam filiæ ſuæ virginitatem à pedagogo Fannio Saturnino proditam cõperijt, non contentus ſceleratũ ſeruum affeciſſe ſuplicio, etiã ipſam puellã necauit; & vt ne turpes eius nuptias celebraret, acerbias exequias duxit; ita Vale. Max. *li.6.c.1.de pudicitia.* Hippomenes † etiã Athenarũ Princeps, (vt auctor eſt Suidas, & Herac. *in politic. in prin.*) cũ 59 60

fi-

filiam ex Atalanta Limonem, in adulterio de prehendiſſet, eã ob ſcelus cum equo iniunxit; qui cum clauſus, alimentis careret, dentes in puellam iniecit: adulterum autem per regionem Aticam ab equis tractum fuiſſe, & diſcerptum, pręter Suidam & Heraclidem, eſt illud Ouidij, *in Ibin.*

*Vtq; nouum paſſa eſt genus Hyppomeneia pœnæ*
*Tractus & Actæa fertur adulter humo*

Et mox.

*Solaq; Limone pœnam ne ſenſerit illam*
*Et tua dente fero viſcera carpat equus.*

61 Nec † omittenda P. Menij ſæuitia. In libertum namq; gratum ſibi animaduertit, quia eum nubilis iam ætatis filiæ ſuæ, oſculum dediſſe cognouerat: cum præſertim non libidine, ſed errore lapſus videri poſſet; proſequitur Valer. Max. *d. lib. 6. c. 1. verſ.* 4 ¶ Virginij etiam factum maiorem atigit exceſſum. Hic enim ne probrò contaminaretur domus ſua, proprio ſanguini non pepercit. Nam cum Appius Claudius Decemvir, filiæ eius virginis ſtuprum, poteſtatis viribus fretus, pertinaciùs expeteret; deductam in forum puellam, arreptoq; gladio de manu lanionis, eam occidit: pudicitiæq; interemptor, quam cor-

rup-

ruptæ pater eſſe maluit, vt eſt tex. *in l. 2. §. initium fuiſſe, ff. de origine iuris*, & ibi latè Corraſius.

Memoriæ quoq; tenendum, † quod in caſibus quibus marito ac patri competit ius occidendi adulterum cum vxore vel filia repertum; illud exequi poſſunt etiam contra clericum abſq; metu pœnarum, canonis ſiquis ſuadente 17. *q*. 4. vt ex communi opin. tenet Iul. Clarus, *in §. homicidium, poſt nu. 39. & nu.* 40. tex. *in cap. ſi verò, el primero extra de ſententia excom.* verum pater etiã impunè omnino in iuditio exteriori: Quia contra quamlibet perſonam eo caſſu vindicta competit. Et etiã contra magiſtratum poteſt pater iure ſuo vti *l. marito* 24 *ff. ad leg. Iul. de adulter.* Angel. Aretin. *d. tract. de maleficijs* verbo *che ay adulterato, num.* 17. Iul. Clarus, *vbi prox.* Hieronymus Portoles, *ad Molinum, in §. adulterium num.* 15. vide infra *quæſt. ſequenti. nu.* 6. † Maritus tamen atento rigore, *d. l. marito* 24. ius ſuum exequi non poteſt, cõtra magiſtratum aut contra clericum: quia perſonæ viles non ſunt. Verũ ego hoc non inſpecto, ſẽper in ſupradicta ſum ſẽtẽtia quã *n.* 33. *cũ ſeq.* adduxi. 62 63

Sed

64 Sed vtrum pater † vel maritus ſic adulterum aut filiam occidentes peccent? Variæ ſunt Doctorum ſententiæ Panormit. *in d. c. ſi verò el primero num.* 10. *& in cap. interfeciſti num.* 10. *de homicidio*, tenet illud in foro conſcientiæ licitum non eſſe; ideoq; patrem maritumque pecare aſſerit, Azpelcueta Nauar. *in manuali confeſ. c.* 15. *de quinto præcepto Decalogi, poſt num.* 3. *in fine*, Dominicus Soto, *tract. de iuſt. & iure, lib.* 5. *q.* 1. *artic.* 3. *prope finem*, Auguſtin. Arimin. *vbi ſupra num.* 7. Imol. *in l. quid ergo, §. ſi hæres, ff. de legatis* 1. D. Thom. 4. *ſententiar. diſtin.* 36. *q.* 2. *argum.* 2. *circa medium*, vbi concludit, neq; ſecundum leges ciuiles, neq; ſecundum leges conſcientiæ, licitum eſſe marito propria auctoritate, vxorem adulterantem occidere.

65 Contrarium † prædictis eſt Alueri. de Roſa. 4. *p. ſtatut. q.* 19. vbi ſe à multis religioſis audiuiſſe ait, theologorum ſententiam eſſe, occidentem malefactorem iuris auctoritate, non pecare; quaſi tunc interfector ſe vt legis miniſter & executor habeat: quare non ſolum non pecare aſſerit; verum mereri. Nec diſplicet Iaſoni (qui prædicta tradit) *in l.*

*vbi*

*vbi pactum num. 16. C. de tranſactio.*

Quidam † tamen Eneas de Falco. *in notis* 66
*ad Panormitanum, in d. cap. interfeciſti lit. D.* ex quodam Abbatis dicto *ibidem n. 2. in fine*, diſtinguit. Nempe aut quis occidit illum qui de iure naturali vel diuino occidi poterat: aut illum qui de iure tantum poſitiuo. Illo caſu, iuſta necis illatio in vtroq; foro: hoc autem, ſecus, cum in foro conſcientiæ teneatur. Quam † diſtinctionem veram eſſe aſſerit, 67
ſicut Deus eſt in cœlis. O exageratio profectò imprudens. Quid arcana ſacra iactas? Quid rem tam certiſsimam & infalibilem, cum re adeò dubia coniungis? Non ne ſcimus nihil his caſibus tam certum eſſe, quod controuerti non poſsit? Oppugnet (ſublata comparatione) ſententiam tuam Iul. Clarus, *d. §. homicidium, num. 41. & 44.* Vbi quemlibet † iure permitente poſſe mortem nocenti 68
inferre, abſq; conſcientiæ periculo, credit: ne dicamus (ait) apud Chriſtianos permiti leges peccati mortalis nutritiuas. Impium enim eſt (aſſerit ipſe) iuditio meo dicere, apud nos vigere aliquam legem, quæ peccatum mortale comiti permitat. Nam ſi patri maritoq; filiã,

vxorem, adulteroſve, in actu etiam deprehenſos, in diuino iuditio occidere non licet; eadem met ratione non licebit in exteriori humano. Nec enim occiſio quæ ex Dei & naturæ inſtituto iniuſta eſt, poteſt licere aut licita eſſe in iuditio exteriori, vel lege humana, ita Petrus à Plaça, *in epitome delictorum cap.* 28. *num.* 31. ad medium, ſequitur Couar. *in Clement. ſi furioſus, part.* 3. §. *vnico, poſt n.* 6. Hæc quo ad hunc punctum dicta ſufficiant. Noſtram defenſionis materiam proſequamur.

LIBER

# LIBER QVARTVS.

## Quæſitum I.

*Pro ſui vel patriæ defenſione, an licitum ſit cuilibet Principem aut Tyrannum occidere?*

### RECOPILLATIO.

*Principem occidere pro bonorum defenſione, non licet, nu.1. & 4.*

*Quia anima reipublicæ dicitur, & maioris eſt ſtimationis quam particularium bona, n.2.*

*Et hominum caput eſt & rector, excellentiorq; omnibus, & Dei Chriſtus, n.3.*

*Principem pro honoris defenſione, occidere non licet, & quare, nu.5.*

*Quid ſi repertus eſt cum propria vxore aut filia, n.6.*

*Vaſallus non ſolum occidere nequit impunè Regem vel Principem adulterantem repertũ, cum vxore, aut filia; verum nec vaſallus quilibet, Dominum ſuum, num.7. & 8.*

*Princeps ſi vi oprimere tentet fœminam, poteſt ipſa illum occidere pro pudicitiæ defenſione, ſi aliter caſtitatem ſuam defendere non valet, num. 9.*

*Auctoris ſententententia, num. 10.*

*Peccatum non eſt, abſque voluntate, ibid.*

*Vis vbi adeſt, deficit conſenſus, ibid.*

*Honoris amiſſio, ex coitu prouenlens, à iure poſitiuo eſt, num. 11.*

*Principem occidere licet impunè, pro vitæ defenſione ſi hæc aliter ſalua eſſe non poterat, nu. 12.*

*Intellige tamen vt, num. 13.*

*Tyrannum occidere, an cuilibet liceat priuato, nu. 14 & ſeq.*

*Diſtingue tamen, ibid.*

*Tyrannus quis dupliciter dicitur, ibidem.*

*Tyrannus qui regnat non cum titulo & iure legitimo, ſed ambitione regnum armis inuaſit; poteſt ob defenſionem, à quilibet occidi, num. 15.*

*Et ratio traditur, num. 16.*

*Vſurpans ſupremi dominij notas, reus mortis efficitur, n. 17.*

*Tyrannum fraudibus occidere non licet, n. 18.*

Et

*Et tria ſunt obſeruāda, in illius occiſione, n.* 19

*Et an occidi poſsit preuentione, antequam pro Tyranno iudicetur, num.* 20.

*Principem naturalem, etſi Tyrannicè regat, occidere non licet, nec contra illum quidquam attentare, num.* 21.

*Ratio traditur, num.* 22.

*Quid ſi nimium exercuerit Tyrannis, vt nec tolerari poſsit, nu.* 23.

*Diſtinctio inter regem ſupremum, & ſuperiorem recognoſcentem, nu.* 24. & 25.

*Princeps legitimus & naturalis, quoquomodo ferendus eſt, nec quidquam in eum moliri fas erit, n.* 26.

*Et inconueniens non minimum, nu.* 27.

*Princeps erga vaſallos iuſtè ſe gerere debet, & nihil facere, quam quod æquum eſt, & bonis moribus conſonum, num.* 28. & 30.

*Honeſtum non eſt omne quod licet, n.* 29.

*Princeps regnum æquiſsimè regat inque pace & iuſtitia conſeruet, num.* 31.

*Princeps, plus cupiat à ſubditis amari, quam timeri, num.* 32.

*Princeps, legum prouincialium eximus cuſtos eſſe debet, num.* 33.

*Reg-*

*Regna ſingula, leges ſuas, & iura ſua habere neceſſarium eſt, n.* 34.

*Vaſſallis nihil eſt beneficientius, quàm receptos iam mores conſeruare, nu.* 35.

DIfuſiùs hactenus tractauimus, de defenſione contra priuatũ inuaſorem. Quid ſi Princeps noſter eſt qui inuadit, aut bona nobis aufert; an pro horum defenſione licitum ſit illum occidere? Quæſtionem hanc tractare duximus ſupra, *lib.* 2. *q.* 1. cuius ſedes propria erat. Sed quia nunc etiam agere conueniens eſt; duximus hic vtranq; obligationem adimplere.

Igitur adhærens dificultati, muneriq; ſatiſ-
1 faciens, † non eſſe licitum pro bonorum defenſione Principem occidere iudicandum arbitror: quia à legibus diuinis & humanis, priuilegiũ perſona Principis habet, vt nec cum ea ocaſione quæ ſufficiens eſſet ad ſanguinis alicuius priuati effuſionem, Principis cruor effundi liceat. Et ratio aſsignari valet; nam Principis Maieſtatis habenda eſt ratio, quæ omnibus ſancta eſſe debet: & quia multis modis poſſunt per ipſum Principem vel Rẽpu-

publicam reſtitui bona. Princeps enim, † ani ma ac Reipublicæ architectura dicitur,& ma ioris ſtimationis eſt, quam particularium bo na. Has rationes tradunt P. Leſius, *tract. de iuſt. & iure,lib.2.c.9.dub.4.num.11.* & R. P. F. Ioan. Marquez, *in ſuo Gubernatore Chri-ſtiano, lib.1. cap. 8 fol.44.* Siquidem aucto-ritas Regia diuinitati vicina dicitur; de cu-ius excelentijs ac prerogatiuis; apoſitiſsimè P. Ioan. Euſebius Nieremberg, *in ſuo Theo-politico par.2.lib.1.cap.1.* in hæc prorumpens verba. Igitur † hominum rector caputque, rem ſacroſanctam ſe putet: nec magis adora-ri colique permitat, quam ſe colat, ſe ſuſpi-ciat venerandus ſibi. Tantũ credat excellere hominibus,quantum homines brutis. Artifi-cem intelligat ſe communis boni, arbitrum fælicitatis gentium,colegam fortunæ,ſpiran tem diuinitatis ſtatuam,ſpiritũ vitalem Rei-publicæ, expreſiſsimum & aureum ſimula-crum Numinis,Prodeum & Vicarium diui-næ prouidentiæ, excubias generis humani, Angelum ſingulorũ,iam multis Angelis ſuo excellẽtem munere. Diminutè quidam dixit vltimũ Deorum, ego potius dicerem primũ

2

3

ho-

hominum, ſecundum Deum, tractabilem, ac ceſsibilem. Hæc Euſebius; qui & infra maiora encomia proſequitur. Audite queſo. Nuda (inquit) iſta dignitas, vel in peſsimis hominibus, in Cyro aliquo, auri & cruoris auido, tanti Deo eſt, vt Chriſtum ſuum dixerit, Iſaias *cap.* 45. ſic vaticinatur: *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cuius aprehendi dexteram*; id eſt, amicè & fideliter aſlui, aſlaui: Tam amanter, tam placidè alloquitur: tanti fecit Deus impium hominem, Regio ſolum nomine ſibi comendatum. Miraberis quod mox ad eundem ait: *Tantum in te eſt Deus, & non eſt abſte Deus. Vere tu es Deus abſconditus.* Ipſum ſumæ veritatis numiniſq; oraculum diuinos elargitur titulos auariſsimo homini. Et *ibi* idem. Qui ſæpè alibi partes tuetur Regias, atq; obedientiam reuerentiamque rectorum etiam iniquiſsimorum requirit. Et vlterius. Cor Regum, ipſe Rex Salomõ ſcripſit, in manu Dei haberi. Themiſtius, in palmis diuinis cuſtodiri ait: quem ſi ad verbum interpretari velimus, *animus (inquit) Regis in palma Dei ſatelitatur.* Magnum ſanè caput Regium eſt, cuius ſateles, potentia Dei & cu-

ra,

ra, ſatelicium auctoritatem ſecuritatemq; ſtabilit. Cæterum, cum non in manibus tantum, ſed in palma Dei dicat: chariùs quid, teneriùs & ſtimabiliùs ſignificat. Ex † quibus clarè pa 4
tefactum extat, qua reuerentia, quave ſtimatione apud homines tractādi Reges, ſi tot honoribus, tot titulis ac prerogatiuis etiam pœnes Deū decorētur. Sicq; nihil mirū ſi pro bonorū defenſione occidere Regem nō liceat.

Quid † ergo pro honoris defenſione, an 5
Principem iuſtè occidamus? Haud poſſibilis videtur Principem à quo velut è pereni fonte honores omnes proueniunt, ex ſuo facto quenquam in honoratum relinquere poſſe. Et hoc quo ad honorem conſiſtentem (ex gentium vſſu) in actionibus, conuerſationibus, vrbanitatibus, ac in non ſuſtinendis iniurijs, certo certiùs videtur. Nam ſi Princeps alicui dixerit, *mentiris*, vel fuſte leuiùs, aut galero petierit, alapamve alicui impingeret vaſallo (etſi iniuriæ huiuſce aliàs tam atroces ſint, quod ſuſtinenti maximam honoris iacturam irrogent) quis credet ſibi à Rege ſuo, honorem ademptum eſſe, à quo nihil non honorabile prodire poteſt?

6 Quid † ſi repertus actualiter ſit cum propria vxore aut filia? Scimus iure magiſtratũ actualiter cum filia repertum, à patre perimi poſſe, *vt ſupr. quæſt. præceden.* Sic enim homines occidi quotidiana docet experientia. Quod non ſolum in tenuis fortunæ hominibus; verum in maximis euenit, vt in Rodoaldo Longobardorum Rege, qui in libidine deprehenſus cum matrona, interfectus eſt, vt teſtatur Paulus Diaconus. Contigit & idem in Ioanne Duodecimo, qui in adulterio deprehenſus, itidem interfectus eſt, auctor eſt Palatina, *in illius vita*, ſic Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. centur. 5. caſſu* 419. *in fine.*

7 Sed licet hæc de facto acciderint, † contrarium de iure cogitarem. Nec itaq; maritus vaſallus, cum vxore ſua adulterantem repertum Dominum, occidere poteſt, Ægidius Boſius, *in praxi, tit. de coitu damnato, num.* 50. Quin imò vt ſupra retulimus, nec nobilem virum occidere. Tanto enim grauius maritus occidendo Regem peccaret, quantum ho-
8 mo vilis à Regia dignitate diſtat. Id † etiam patri negandum eſt, etſi de iure ampliorem habeat poteſtatem, etiam in magiſtratum: nam

nam Regiæ Maieſtati multum deferendum eſt. Vltra quod nec vaſallus Dominum ſuum repertum cum filia adulterando occidere poteſt, Math. de Afflictis, *deciſ. Neapol. 265. n. 30*

Maior dificultas vrget in pudicitiæ defenſione; † an ſi Princeps fœminam violare tentet, & viribus oprimere, liceat ipſi ſe contra Principem defendere, & etiam occidere illum, ſi aliàs caſtitati ac pudicitiæ conſuli nõ poſsit? Defendit ſiquidem mulier plenius honorem ſuum, quem directò ex adulterio aut ſtupro omnino amitit. Defendit etiam, ne in Deum peccatum adeò graue comitatur. Hic, diuini atq; humani iuris concurſus datur. Ergo Principem occidi poſſe videtur, ſi hæc alias euitari nequeant. 9

Adhuc † tamen iudico mortem Principi inferre non licere. Nam quo ad peccatum indemnis mulier erit, ſi violenter adulterium vel ſtuprum patiatur, Silueſter, *in ſuma verbo homicidium 1. num. 9. verſ. ſi tamen.* Ad peccãdum enim, voluntas requiritur, D. Auguſtinus, *lib. contra Fauſtum. Peccatum (ait) nõ eſt niſi quatenus voluntarium.* Vbi ergo adeſt vis, conſenſus deficit, *l. nihil conſenſui 116. ff.* 10

*de reg.iuris*, & ſic peccatum. Quoad honorē tamen, incolumis permanet, haud illum mulier amitit: quid quod † honoris amiſio ex
11 coitu in mulieris detrimentum directò redūdans, à iure poſitiuo procedere nullus dubitat; ſicut nec vllus ambiget Principē legem poſsitiuam tollere poſſe. Ridiculum ergo foret, vt qui hanc ad libitum reuocare valet, illius nexibus aſtringatur.

12 Quid † ſi vis vitæ intentetur? Crederem quod ſi vaſallus in tali conflictu reperiatur, vt non poſsit ſe defendere quin occidat Principem, (vt fertur de Nerone, ex Tacit. *lib.* 3. *anal.*) tunc eo in caſſu, vim repellendo occidere licebit, ſic Diuus Antonin. 3. *p.tit.*4.*c.*3. §.1. Silueſter *verbo bellum* 2.§.7. *&* 5. tradit poſt Vaſquium Menchacā, *controuerſ.illuſtr. c.*18.*num.*17. Alexan. Trentacinquius, *pract. reſol.lib* 1.*reſol.*1.*de defenſione*, *num.*5.*in fine*, *Bodin.* 3. *de repub.* 8. *num.* 308. quos tradit Oſual. ad Donel. *lib.*17.*comen. cap.*2. Intriglio. *conſ. Siciliæ* 15.*num.*35. P. Leſius, *de iuſt. & iur. lib.*2.*cap.*9. *dub.*8. *num.* 41. Marquez *in ſuo Gubernatore Chriſtiano*, *lib.*1.*cap.*8.*fol.* 45. qui, & Leſius *vbi proximè*, contra Sotum

hanc

hanc tenent, dicentes, illius opinionem, tunc habere † locum quando per mortem 13
Principis ſequerentur magna damna, vt bella ciuilia & turbationes in Regno: nam aliàs (ait Marquez) eſſet magna inhumanitas homines ad hanc tam arduam obligationem aſtringere, vide ſupra *lib. 2. q. 1. n. 15.*

Hinc ſuſcitari videtur præcipua dubitatio, de qua in noſtro quęſito; an † liceat priua- 14
to occidere Tyrannum? In qua difficili dubitatione, diſtinctionis fędus interuenire oportet ad concordiam opinionum, & vt vera reſolutio apareat. Dupliciter namq; dici poteſt Rex Tyrannus, vel ex defectu tituli, ſi abſq; iure legitimo, ſed dolo & ambitione regnandi armis Regnum inuadat, & occupet. Alio autem modo, (licet impropriè) Tyrannus dicitur, qui etſi adeptus principatum fuerit, vel per electionem legitimam, ſucceſſionẽ, donationẽ, inueſtiturã, aut quouis alio iuſto & legitimo titulo; per malã tamẽ adminiſtrationem & regimen efficitur: vt quia poteſtate legitima abutitur in ſubditos, exactiones & tributa iniuſta imponens, crudelitate, auaritia, ac iniuſtitia regnans, habetur

pro

pro Tyranno, diciturq; Tyrannicè regnare, videndus D.Franciſcus de Amaya, *obſer. iuris, lib.1.cap.1.num.2. & 47.* Diuus Auguſt. *de ciuitate Dei, lib.2.cap.20.* quam diſtinctionem agnouere P. Leſius, *vbi ſupr. dub.4.nu.7.* & 10. Petrus Gregorius, *de republica lib.26. cap.7. à prin. & num.2.* Marquez *vbi proximè fol.40.* Qua propoſita diſtinctione, conclu-
15 des. Primo † caſſu, licitum eſſe priuato occidere Tyrannum pro defenſione, *ex proximè citatis Doctoribus* P. Ludouicus Molina, *de iuſt. & iure, tract.3. diſp.6. poſt num.2. tom.4.* Quin immo aduerſus hos Tyrannos Regnorumq; inuaſores, conditæ fuere leges de morte Tyrannorum iuſtè inferenda, de impunè offendendis & explodendis, de premio & honore Tyrannicidis conferendis, mentionem fecit Cyro, *cap.2. de inuentione*, relatus a Petro Gregorio, *vbi ſupr. num.5.*

*Quo Tyrannum occidit Olympionicarum præmium accipiti,*
*Et quam rem ſibi volet à Magiſtratu depoſcito,*
*Et Magiſtratus ei concedito.*
*Tyranno occiſſo, quinq; eius proximos cognatione,*
*Magiſtratus necato.*

Alias Græcorum aliarumq; gentium adfuiſſe leges præmia, & honores concedentes eis

qui in Tyrannos irruerent, ſtatuaſq; erexiſſe refert Petrus Gregorius *ibidem*, & illud Senecæ, *in Hercule furente*.

*Victima haud vlla amplior*
*Poteſt magiſq; optima mactari Ioui*
*quam Rex iniquus.*

Et rationes aſsignari poſſunt, † quia talis nō eſt Princeps, ſed iniquus opreſſor & inuaſſor Reipublicæ, affectator ſumæ poteſtatis, & vſurpator Regni; ita quod Reſpublica aut Regnum quod ipſe inuadit ſit maius ipſo ad illum condemnandum morti: vel ſi Reſpublica non fecerit, poterit quilibet de populo ipſum interficiendo, vim repellere. Et quia nullus dici poteſt ſubditus illius qui hoſtis eſt, & reus diuinæ & humanæ Maieſtatis, inuaſor Principatus, mortiſque reus eſt. Nam quemadmodum priuata perſona ſi iniuſtè ab alio opprimatur, poteſt vim vi repellere & inuaſorem perimere; ſic ſimiliter Reſpublica ſi iniuſtè inuaditur, poteſt per quemlibet ſuorum vim repellere, & ſi opus fuerit inuaſorem occidere, tenent P. Leſius, Marquez, & Petrus Gregorius, *locis ſupra adductis*, in quibus exempla referuntur, vt in Aod, qui in- 16

ter-

terfecit Eglon Regem Moauitarum, qui Tyrannicè Iſraelitas opreſerat; & Iudith, Oloſernem; Brutus Caſius, Iulium Cæſarem.

17 Et † Impp. in *l. ſacri affatus, C. de diuerſis reſcriptis, & l. 1. C. de dignit. ord. ſeru.* tanquam reum mortis condemnarunt eum qui ſupremi dominij vſurparat notas.

18 Neq; in his † locum habere definitionem Concilij Conſtancienſ. cum Patre Soto, *de iuſt. & iure, lib. 5. q. 1. artic. 3.* & alijs, tenet Marquez *vbi ſupra.* Licet non eſſe licitum cum fraudibus, & proditionibus aſſerat. Refertq; in comprobationem factum Dauidis Regis, qui interficere iuſsit duos proditores, qui Isboſeth filium Saulis occiderant.

19 Sed † in huius Tyranni occiſione, obſeruanda ſunt tria. Primum opus eſſe quod conſtet, illum eſſe iniuſtum inuaſorem: nam ſi aliquo iure munitus eſt, non cenſebitur Tyrannus, ac per conſequens nec occidi poterit. Secundum, vt maiora damna non timeantur vẽtura à filio Tyranni, vel ab amicis. Tertium vt non ſit contra expreſam Reipublicę voluntatem. Hæc ad notauit P. Leſius, *vbi ſupra num. 9.*

Pro

Pro Colophone huius membri diſtinctio nis; quia controuerſum, † an ſi is qui dicitur 20
Tyrannus, vel fertur inuadere velle principatum, poſsit antequam pro Tyranno iudicetur impunè occidi, preuentioneq; mortis impediri ne inuadat? Petrus Gregorius *vbi prox.* reſoluit, tutiùs eſſe vbi factionis pululauerit caput, ad Tyrannidem vſurpandam, priuſquã Reipublicæ interitum excitet, ſine cunctatione perimi Tyrannum; dummodo ſint argumenta & coniecturæ apatentes, inminentis Tyrannidis; veluti ſi quis factiones agat, occupet arces, deſcribat exercitus, & ſimilia. Et ratio aſsignari poteſt; quia meliùs eſt vulnus effugere, quam poſt illud inflixum medelam quærere, *l. vnica, C. quando liceat ſine iud. ſe vindic.*

Ad ſecundam partem diſtinctionis, reſpõdetur dicendo: † Non eſſe licitum Regem le- 21
gitimum & naturalem occidere, nec contra illius perſonam aliquid atentare, P. Leſius, *de iuſt. & iure, libr. 2. capit. 9. dub. 4. numer.* 10. P. Soto, *eod. tract. lib. 5. quæſt. 1. artic. 3.* ex D. Thoma, *libr. 1. de regimine Principis, cap. 6.* & alijs Doctoribus, tenet Marquez,

22 *vbi ſupra fol.* 40. *lit.* D. † Et ratio traditur, quia Princeps etſi Tyrannicè regat, adhuc manet ſuperior;& donec retinet poteſtatem, obedientia debetur, nec aliquid moliri contra eius vitam permittitur, Marquez,& P. Le-
23 ſius *vbi prox.* qui quidem Leſius ait, † quod ſi in tantum excreuerit Tyrannis, vt ampliùs tolerari non poſsit; tunc deponendum eſſe, & declarandum hoſtem, à Regno, aut à generalibus comitijs, vel habēte auctoritatē vt licitū ſit in illius Principis perſonā irruere, ſic P. Ludouicus Molin. *vbi ſup. d. diſp. 6. n. 2. to.* 4

Sed etſi hæc generaliter ſumpta vera videantur, non erit contemnenda diſtinctio Petri Gregorij, *d. lib. 26. cap. 7. à nu. 7.* Quo loci cauetur, † quod ſi ille qui Tyrannicè impe-
24 rare dicitur, ſupremæ ſit poteſtatis ſuæq; iuris, nec ſuperiorem in temporalibus recognoſcat, qualis eſt Rex Aragonum, Caſtelæ,& ſimiles; tunc non poteſt Princeps quamuis impius & Tyrannus à ſubditis necari legitimè, neq; aliquid aduerſus ſtatum, honorem, vitamque Principis iure machinari, aut moliri poteſt. Nullam ſiquidem iuriſdictionem in ſuum Principem habent ſubditi, Petrus

Gre-

Gregorius *vbi prox.* vi enim coactiua legis, Princeps ſolutus eſt, vt ex D.Thom. 1.2. *q.* 96. *artic.* 5. *ad medium*, ibi: *Princeps*(inquit) *dicitur ſolutus à lege, quãtum ad vim coactiuã legis: nullus enim cogitur à ſe ipſo; lex autẽ non habet vim coactiuã, niſi ex Principis poteſtate; & ſic licet Princeps leges quas ipſe tulit nõ ſeruãdo peccet, tamẽ ſolus Deus & nõ Reſpublica peccati rationẽ petere poteſt.* Sic ex ipſo D.Th. & alijs, tenet Marquez, *d.lib.*2.*cap.*2.*fol.*209. dixi in ſchol. ad Comandam, *clauſ.*36.*nu.*5. nec pretermitendus D. Franciſcus de Amaya (nodos dulci methodo diſoluens) *obſerua. iuris, lib.* 1.*cap.*1.*à num.*91. facitque illud Valentiniani Imperatoris: *Veſtrum*(inquit) *fuit vt priuatum me ad imperialem extoleretis dignitatem. Res autem adminiſtrare, iam non veſtri ſed Principis ipſius eſſe, vos ipſi quoq; dixeritis. Itaq; vos deinceps imperata facite & quietos eſſe; me autem quid facto opus ſit curare decet*, refert Petrus Gregorius, *vbi ſupra relatus.*

Si † autem ſermo ſit de Principibus qui ex aliorum poteſtate dependent, & ſuperiorem recognoſcunt; eo in caſſu, ſi Tyrannicè Regnum regant, cohærceri debebunt à ſuis ſupe- 25

rioribus; hoc eſt, ab eis à quibus dependentes cognoſcuntur, qui eos iudicare & banno exponere poſſunt, vt ipſorum auctoritate (non verò propria) à quolibet interimi poſſint. tradit Petrus Gregorius, *vbi proxim. ad finem.*

26 Ferendus † itaq; eſt legitimus & naturalis Princeps: ne ſubditis licere arbitror illum, & ſi vim inferat, inſidiari, manuſq; in eum inijcere, aut reuelare: Nam Nero, Domicianus, Diocletianus, Decius, Iulianus, & alij, Tyrannorum nomina meruere; nec ideo Chriſtianorum aliquis in illos quidquam demolitus fuit, vt refert Carolus Scribanus, *in ſuo politico Chriſtiano, lib. 1. cap. 7. fol. 119.* Docet namq; Diuus Paulus *cap. 12. ad Romanos,* vbi ait, *nulli malum pro malo redentes*, maximè Principi, notat Scribanus, *ibidem*; traditq; plura exempla quibus comprobatur in Principis perſonam irruere non licere, etiam ſi crudelis exiſtat, ferroq; ſeuire tentet: refert & etiam diuinarum ac prophanarum literarum exempla, Petrus Gregorius, *vbi ſupr. à num.* 10. & ponderat illud, *Exodi* 22. ibi: *Principi populi tui non maledices*, inferens hanc

con-

conſequentiam: ergo multo magis & prohibitum illum occidere; Placanda enim ſuſpirijs, lacrymis, manſuetudine, & pacientia, crudelitas; vincendaq; barbaries ex Diuo Paulo, conſulit Scribanus, *vbi prox. fol.* 122. refertq; infelices exitus eorum qui in Principem inſurrexerunt. † Inconueniens ſiquidē 27
eſt contra Regem inſurgere, *ex can. non ſemper* 92. *diſt. can. ſi Dominus* 93. *diſt. can. iubemus* 94. *diſt.* & alios, quos allegat Petrus Gregorius, *vbi ſupra n.* 16. qui ex Liuio conſulit, ſcutum magis quam gladium in Tyrannos, ſumendum eſſe, quod recte explicat.

Itaq; populus, etſi obedientia, pacientia & amore, ſe erga Principem gerere debeat; vt dicebamus: † tamen Princeps, licet poteſtate 28
magnus ſit, non ideo gerere debet alia, quam quæ iuſtè poteſt; intra quos cancellos poteſtas continetur, vt dicebat Petrus Gregorius *dict. tract. de Republica, libr.* 9. *cap.* 1. *in princ.* Quod enim vltra gerit, non ex potentia, ſed impotentia procedit: nam facta quæ pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram lædunt, & generaliter quæ contra bonos mores fiunt: nec facere nos poſſe credendum eſt,

vt

vt dicebat Iuriſconſ. Papinianus, *in l. filius qui fuit* 15. *ff. de conditio. inſtit.* Et in Principe loquens, *nouel. de bonis vacantibus*, aſſerit: Nihil ampliùs licere bonis Principibus, niſi quod liceat priuatis, ita Plin. de Trajan. *in panegir. In noſtris* (inquit) *ſimiliter, religione ipſe te legibus ſubiecisti Cæſar, quas nemo Principi adſcripſit, ſed tu nihil ampliùs vis licere tibi, quam nobis*, refert Petrus Gregorius, *lib. 7. c. 20. num. 8. verſ. ſic*, conſonat *l. digna vox, C. de legibus*, & illud Simachi, *Plus apud vos iu-*
29 *ſtitia, quam licentia valeat.* Nec † enim omne quod licet honeſtum eſt, *l. non omne, l. ſemper in contractibus* 158. *ff. de regulis iuris.* Claudianus.

*Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit occurrat.*

Caſiodorus ex Theodorico, *Cum omnia poſſimus, ſola nobis credimus licere laudanda.* Seneca *in octauia. actu* 2. *Id facere laus eſt quod decet, non quod licet.* Itaq; (ex Principis eloquentiæ, *lib. 1. de officijs* ſententia:) *Sicut iuſta omnia decora ſunt, & quod decet honeſtum eſt, & quod honeſtum eſt decet; ita ſimiliter iniuſta omnia contra, vt turpia, ſic indecora.* Igitur *nihil*

*ho-*

*hominem, niſi quod honeſtum, decorumq; ſit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere.* Ea enim quæ honeſtè facere non poſſumus, nec facere poſſe exiſtimamus: neq; & quod magis eſt, libertas ipſa facit vt homini libero non debeat eſſe liberum quidquam facere, quod ſit contra leges, vel contra bonos mores, vt docet Anto. Fauer *in iuriſprud. Papinia. tit. 3. prin. 2.* vbi ita procinit. Tyrannica enim non iuſta libertas eſt illa, quæ cum matre Neronis ita loquitur, *ſi libet licet.* Iuſta illa quæ ſic è contrario *ſi licet libet*, quanquam non omne quod licet honeſtum eſt. Exornat & proſequitur mirificè D. Frãciſcus de Amaya *obſeruat. iuris lib. 1. cap. 1. à num.* 10. Principis ergo magnificentia, nulli debet extare damnoſa, ita Caſiodorus *variar. epiſt. lib. 2. c.*
17. † Hinc iuſtè oportet, Principem non ſo- 30
lum nihil facere per iniuriam; ſed nec omnino videri, vt optimè dicebat Xiphilinus, *in Cæſare Auguſto*, relatus à Patre Euſebio Nieremberg, *in ſuo Theopolitico, p. 2. lib. 3. cap. 22.* Et ratio ab illo aſignatur; nam priuatis quidẽ hominibus ſatis eſt non delinquere; Principem verò decet, nec ſuſpectum eſſe delicti.

Nec

31 Nec minus † Princeps curare tenetur vt Regnum æquiſsimè regatur; vtq; iuſtitia & pace perpolitus exiſtat, hoc enim vt maximũ politicæ negotium ab antiquis noſtris Aragonenſibus, illis primis ſuprarienſibus latis legibus, ſtatutum eſt, prima in lege, ibi: *In pace & iuſtitia Regnum regito*. Inde Dñs Rex Ioannes dum teſtamentum cõderet Barchinone, anno 1479. pridie quam moreretur, filio ſuo Catholico Ferdinando hæc nimia comendauit cura. *La juſticia ſobre todas las coſas ſea el eſpejo de vueſtro coraçon, faciendola ſin excepcion de perſonas. La defenſion de la Fè Catolica, y de la Igleſia Santa de continuo ſe vos repreſente. Los Reynos, y ſubditos conſeruad en paz, y en juſticia, ſin injuria del proximo, euitando quanto al mundo podays, todas guerras, y diſenſiones*, tradit Hieronym. de Blancas, *in comen. rerum Aragonenſ. fol. 261.* Quo enim maiori ratione & iuſtitia Regnum regitur, tanto plus durationis ſecuritas ſtabilitur. Quod faſſus eſt Theopompus ille Spartanorum Rex (vt tradit Valer. Maxim. *lib. 4. c. 1. de animi moderatione*) qui cum duos probos viros vt ſocios, ad iuſtitiæ exercitiũ ſecum

cum admiſiſſet, & a filio, & vxore inculparetur, credentes diminutam ſic filio regiam relinqui poteſtatem: aſſeruit; non tam liberam & abſolutam, verum plus durabilem ac perpetuam. *Que aquel Reyno era de mayor durada, è mas firme, que por mayor juſticia, è razon ſe regia. Car los que ſe rigen contra razon, è violentament, no ſon durables: quia nullum violentum perpetuum.* His verbis meminit Ioannes Eximimus Cerdanus Iuſtitia Aragonum *in ſua epiſtola*, foris noſtris poſt obſeruantias annexa. Hinc non minima † comoditas 32 Regi aduenìet; nempe vaſallorum amor, & beneuolentia, quod quidem maximum ſemper Regibus eſt theſaurum, vt agnouit Aragonum Rex Ferdinandus Catholicus, qui libenter crebris ſermonibus vſurpare ſolebat. *Ad tuenda, tenendaq; Regna, Regibus aptiùs eſſe, diligi, quàm timeri*, vt tradit Blancas, *vbi ſupra, fol.* 252.

Inſuper quoq; † legum prouintialium exi 33 mius cuſtos ſit Princeps. Dinumeret, quæ Regna huius occaſione exterminata fuere; quæ damna, quæ incomoditates, quos inſultus ſequuti. Nec qui Principatum obtinere

voluerit, mutata lege Regni, poteſt euadere Tyranni titulum, Petrus Gregorius, *de Republica, lib. 7. c. 20. num. 23. verſ. ſed & leges*, vbi Platonis verba refert, *Dialog. 3. de legibus. Probabile eſt* ( inquit ) *Regum maxime hunc morbũ eſſe, qui ſuperuè propter delicias viuunt; quod plus quam leges concederent, poſſe voluerunt, nec in eo concorditer permanſerunt quod verbis & iureiurando laudauerant; vnde ſeditiones ortæ ſunt.* Quod omne magna auctoritate comprobat Halicarnaſius, relatus a P. Euſebio *vbi prox.* dum ita ſcribit: A principio omnes Greciæ ciuitates erant ſub Regibus, niſi quod illi non barbarica licentia dominabantur, ſed legitimè iuxta patrios mores Regnum exercebant: optimuſq; Rex habebatur, qui eſſet iuſtiſsimus & legum ſeruatiſsimus, nuſquam ab inſtitutis patrijs diſcedens, id quod ex Homero liquet, appellante Reges iuris reditores, ſiue iuridicos: Sed poſtquam aliqui eorum inceperunt abuti poteſtate, & in rebus adminiſtrandis, non tam leges ſequi, quam ſuam libidinem: Regni tædio magna pars Greciæ mutauit ſtatum publicum. ¶ Hancq; obſeruãtiam prouincialiũ

le-

legum ipſe Ieſus Chriſtus ore ſuo præcipit, *lib. 8. reuelat. Sanctæ Brigitæ c. 2.* ibi: *Rex legem Dei non tranſgrediatur, nec nouas inducat conſuetudines contra ſtatuta laudabilia: nec poteſtatiuè diſponat, & iudicet, quæ occurrunt menti eius; ſed iuſtè ſecundum legem Dei & Regni agat omnia*, refert Euſebius, *vbi ſupra p. 2. lib. 1. c. 14.* † Omnibus enim *expedire, credimus, vt ſingula Regna, ſingulæ ciuitates, leges ſuas & iura ſua habeant*, ſic Iuſtinus, *hiſtor. exter. lib.* 34. Eaſq; mutare velle, non ſolum difficile, ſed & periculoſum maxime eſſe, ambigit nemo, experimur omnes: vltra quod quando lex & conſtitutio Principis in contractum tranſit, non poteſt reuocari in præiudicium eorum quibus ius quæſitum eſt, ex Inoc. Bar. Roman. & alijs, tenet Petrus Gregor. *vbi prox. num. 26.* † Eſt ergo ſubditis nihil beneficientius, quam mores iam receptos conſeruare; nec gratius a Principibus conceditur, quam quod ſuis legibus permittant eos viuere, Petrus Gregorius, *lib. 22. c. 6. num. 8.* qui *lib. 7. c. 11. num. 95. verſ. quod verò*, notabilia ſcripſit verba, quæ ad literam tranſcribere non pigebit. Sunt enim (inquit) inſti-

34

35

turiones & leges Regnorum non minus ſeruandæ in cauſis publicis, quam leges & diſpoſitiones Dominorum circa res proprias, & vt nemo eſt qui rei propriæ non vellit ſibi dari liberum arbitrium: ſic nulla vniuerſitas vel ſocietas hominum ſeu Regum, aut qui Regno ſubijciuntur, inueniri facile poſſunt, qui preſcriptas viuendi, imperandi, & obediendi leges, æquo animo ſubuerti paciantur, & quin pro illis pugnent velut pro aris & focis. Diuerſæ ſunt Regnorum conſtitutiones: alia Orientis: alia Occidentis: alia Septentrionalis; Meridionalis plaga alia. Diuerſi fructus, diuerſæ comoditates, & incomoditates. Diuerſi mores, propter diuerſam viuendi & operandi neceſsitatem. Et ſi quis vellet omnes ad vnum morem viuendi contrahere; nihil proculdubio molitetur, quam impoſsibile tentare, & cœlum terræ miſcere. Quo circa à ſeparatis cauſis, concluſionem vnam ſimilem velle inferre; hoc certè eſt, velle opera Dei vnius naturæ efficere: & improbare illam admirabilem & incomprehenſibilem Dei ſapientiam & omnipotentiam: quæ maxime ellucet in tam varia rerum diuer-

uerſarum conſtanti ordinatione, & eſſentiarum varietate. Hactenus. Quæ, ponderatione aut explicatione non indigent. Sic enim Princeps conſilium Dei obſeruabit, quo cabetur, communitatem Regni diligere, ſi legibus ſuis vti permitat, quod in reuelatione ſu pradicta patet ibi: *Dixi prius quod Rex diligeret populum & communitatem Regni ſui. Tunc autem oſtendit ſe diligere eam, quando eam permitit vti legibus aprobatis.* Hæc † durabilis imperij certitudo. Hæc obedientiæ neceſsitas. Hæc iuſti regiminis axis. Hæc tandem totius monarchiæ incolumitas: vt exinde contra Principem aliquid moliri, non ſolum non poſsit; verum nec cogitari: imò iuuari, faueri, vitæ conſuli, plauderi, ac venerari neceſſe ſit: vt vix pari in regimine Deo, æquum cum honore obſequium, nexus ipſe rependat. ¶ Sufficiat. 36

Quæſi-

# Quæſitum II.

*Defenſio quæ liceat, contra iniuriam verbalem?*

## RECOPILLATIO.

*Iniuria non ſolum facto, ſed & verbis fit, riſſu, & nutu, n. 1. & 18.*
*Iniurias qui exoſas habent, laudari debent, n. 2.*
*Fructus lædentis, in dolore læſi eſt, num. 3.*
*Vindicta nõn minor eſt, iniuriam illatam verbis, contemnere, ibid. & num. 5.*
*Demoſthenis & aliorum, iniurias ſpernẽtium traduntur exempla, num. 4.*
*Iniuriæ defenſio procedit, & quo modo fiat, nu. 6. 7. & 17.*
*Crimen obyciens falsò, iniuriat, etſi illud cum cautione hac proferat* ſaluo honore tuo, *num. 8.*
*Quid ſi criminis obiectio vera ſit, an conuitiatus, ſe poſsit defendere, num. 9.*
*Crimen obycienti falsò, an aliud crimen etiam fal-*

*falsò obÿci poſsit, num.* 10.
*Conuitium ſi inter inæquales adſit, quæ defenſio competat, num.* 11.
*Quid inter æquales, n.* 12.
*Quo vſq; ad arma recurrendũ, n.* 13. 14. & 17
*Iniuriæ aliquæ ſunt, quæ ſi armis non defendantur, adferunt honoris irreparabile damnũ, ibid. & nu. præceden.*
Honorem *proprium inultum relinquere, verecundum eſt, num.* 15.
*Iniuriatus verbo* cornutus *aut* iudeus, *non eſt ſatisfactus nec defenſus ſi aſſerat*, tu mentiris, *nu* 16.
*Iniuria non ſolum fit præſenti, ſed & abſenti, & maius eſt crimen, n.* 18.
*Detractio, à ſanctis deteſtata, & à Deo prohibita eſt, nu.* 19.
*Lingua eſt tenerum membrum, ſed illius vulnera lethalia, nu.* 20.
*Detractor, frequenter excitat audientes vt in illum loquantur, num.* 21.
*Et incomoda ſuſtinet, gaudio detractionis commotus, ibid.*
*Detractor, cum abſens iniuriator ſit, & plus peccet, non debet eſſe melioris conditionis,*

*quam*

*quam præſens iniuriator, num. 22.*

*Detrahere nitentem, apud iudicem honoratoſue viros, nomini meo falſis vel ocultis criminationibus, poſſum iure occidere, ſi aliàs damnum euertere nequeo, ibid.*

*Prouocatus iniurijs, ſi aliquem occidat defenſionem excedendo, vel aliàs, mitiùs punitur, num. 23.*

*Iniuriatus, vix iuſtè, aut facile ad iram prouocatur, num. 24.*

*Iniuriæ dolor iuſtus eſt, & ideo excedenti modum indulgendum eſt, num. 25.*

HActenus ferè dicta, ad realem ſiue perſonalem iniuriam propulſandam pertinent, 1 † at cùm iniuria non tantum facto, ſed & verbis fiat, *l. 1. in prin. l. item apud labeonem* 15. *§. eum qui nocentem* 18. *ff. de iniurijs & famoſis libellis, l. ſi non conuitij* 4. *C. eodem*, nunc de verbali agendum: in qua maiori facilitate homines, præcipuè billioſi, incidunt. Alij autem naturaliter acerbi, verſuti, ac maleuoli, continuò in ea exiſtunt malitia, vt nec proximi cuiuſq; bonum, rectis oculis, hilarique vultu ſuſtinere valeant. Hinc detractiones & in-

& iniuriæ; quæ non minima infelicitatum cauſa ſæpe ſæpius exiſterunt. † Enim verò, 2
magnopere laudandos eſſe (quid iuſtus?) qui exoſas iniurias ſemper habuere. Beatus enim vir (inquit Dn̄s *Eccleſiaſt. c. 14. & c. 25. verſ. 11.*) qui non eſt lapſus verbo in ore ſuo. Accedat Democritus, *apud Stobeum, ſerm.* 8.

*Bonum eſt iniuriam non facere, ſed nec velle quidem.*
*Soli Deo chari ſunt, qui iniurias oderunt.*

Philemon, *apud eundem Stobeum:*

*Vir iuſtus eſt non qui non facit,*
*Sed qui cum iniuriari poſſit, non vult tamen.*

Extat Catonis dictum, *Diſtico* 3.

*Virtutem primam eſſe puta, compeſcere linguam.*

Sed nec minus ad cœlos vſq; extollendos viros, qui æquo animo iniuria ſuſtinuere. Fructum † quidem lædentis in dolore læſi eſſe, 3
aſſeruit Tertul. *lib. de pacientia c.* 8. Fortis ergo vindicta vltrò iniuriam contemnere, vt iniurians fructū non conſequens, in ipſius caput conuitij dolor redūdet. Chriſoſt. *ſuper Mat. Si vindicari* (inquit) *vis, ſile: & funeſtam illi dediſti plagam.* Proferat Tertulian. *dict. libr. de pacientia cap.* 8. His verbis. *Nempe idcirco te lædit vt doleas, quia fructus lædentis in dolore læſi eſt. Ergo cū fructum eius euerteris non*

*dolendo, ipſe doleat neceſſe eſt amiſione fructus ſui: tunc non modo ibis illeſus quod etiam ſolum tibi ſufficit, ſed inſuper aduerſarij tui & fruſtratione oblectatus & dolore defenſus. Hæc eſt pacietiæ vtilitas & voluptas.* Et vlterius *ibidem. Fatigetur improbitas pacientia tua; plus improbum cædis ſuſtinendo.* Vnde cecinit ex Philemonis ſententia, *Stobeus ſerm.* 17.

*Nihil eſt iucundius, & docto viro dignius,*
*Quàm ferre poſſe conuitiantem,*
*Quoniam ſi ille cui conuitium ſit*
*Diſſimulauerit in ipſum authorem redundat.*

4 Hinc † Demoſthenes à quodam verbis laceſſitus improbis; nolim tecum, dixit, in hoc certaminis genus deſcendere, in quo qui vincitur, ipſo vincente eſt melior. Prudētiam Dionis academici laudemus. Illum ergo quidam maledicus, è conuiuio redeuntem, nullas non blaſphemias eructans, inſectabatur: quem cum iam domum ingredientem conuiciator vidiſſet, ita addidit. *Nihil verò reſpondes?* Cui Dion, *ne gry quidem.* Pittaci cuiuſdam miſericordiam laudibus canamus, qui cum contumelioſum quendam in ipſum, puniendi poteſtatem haberet, dimiſit, inquiens; *Venia vltione melior eſt: illa namq; mitis eſt ingenij, hæc*

*au-*

*autem ferini.* Haud minus encomium ſibi Zenonis ſententia vendicat, qui cum criminaretur quod male in ſe dicta patienter ferret, ait, *Si maledicta æquo animo tulero, nec laudes quidem ſentiam.* Extolatur Ariſtippus, qui cũ contumelijs à quodam maledico petitus eſſet, ſic dixit; *Pœnes te eſt maledicere, pœnes me autem recte audire.*

Nec † qui patienter contumelias ſuſtinẽt, 5
minorem in eos delinquentium, ſatisfactionem ſuſcipiunt, quam qui proprijs viribus vindictam ſumunt. Imò maiorem: *Mihi vindictam*, ait Dominus; *& ego retribuam* (ita Tertulian. *lib. de pacientia cap. 6.*) ideſt *pacientiam mihi & ego remunerabo. Adeò ſatis* (eodem Tertuliano dicente *cap. 15.*) *idoneus pacientiæ ſequeſter Deus, ſi iniuriam depoſueris pœnes eum vltor eſt; ſi damnum, reſtitutor; ſi dolorem, medicus eſt; ſi mortem, reſucitator.* Merces enim iniurias ſuſtinentium (Chriſti ſunt verba) maxima in cœlis eſt, *Math. c. 5. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* Laudat eos idem Dñs, *lib. 6.*

*reuel. S. Brigitæ, reuel. 5. Nam anima hominis, quæ audit detractionem contra ſe factam, nec tamen malum cupit detrahenti, ornatur quaſi pulcherrimis veſtibus, in tantum quod ſponſus, qui eſt vnus Deus in tribus perſonis, concupiſcit illam animam in Deitatis ſuæ æternam dilectionem.*

Hæc licet ſic procedant, animoq; Chriſtiano ita tolleranda: quandoq; tamen homines, grauem ſatisfactionem ſumere conſueuere: & hoc, aut quia iniuriæ grauitas compellit; aut quia iniuriatus, naturali iracundia, notiſſimos patientiæ terminos amiſsit.

6 Sed † nec ſecũdum ius, grauis illa vindicta admitenda, nec omnino iniuriæ repulſio deneganda. Nulli enim iniuria fieri debet, vt Menander, *apud Stobeum, ſerm.* 8.

*Iniuriam nulli facere ò Laches didiciſſe in vita,*
*Studium eſſe iudicato ciuile.*
*Nihil iniuriari parit humanitatem.*

7 Hinc, † ſi fiat, ex iuris ac Doctorum authoritatibus defenſionem competere fatemur, *l. vt vim* 3. vbi DD. *ff. de iuſt. & iure.* Eſt tamen modus in re; armiſque æqualibus facienda; & curandum, ne maior ſit propulſatio,

tio, quam offenſio, vt ſupra dicebamus, *lib. 3. q. 2.* Igitur ſi iniuria verbis fiat, verbis repellenda eſt. Exemplum. Obieci tibi crimen aliquod falsò; poteris te defendere (dummodo incontinenti) per verbum *mentiris*, Decius *conſ. 487. n. 5. vol. 2. & conſ. 386. n. 14.* Andreas Alciatus, *in ſuo conſ. in materia duelli* (poſitũ poſt lib. de ſingulari certamine) *n. 3. ad finem*, Bal. *conſ. 45. incip. ſtatuto Papiæ, lib. 1.* Capicius, *deciſ. Neapolit. 58. nu. 2.* Iacob. Menoch. *conſ. 41. nu. 9. 10. 25. & ſeq. vol. 1.* Ioan Baptiſta Baiardus, *ad Iul. Clarum, §. iniuria n. 63.* Boſius *in pract. tit. de homicidio, n. 87.* & ex magis communi Doctorum opinione, Io. Bolognet. *in l. vt vim, ff. de iuſt. & iure, num. 94. verſ. Primo caſſu.* † Quod procedit etſi crimẽ 8
obijciatur cũ hac cautione, *ſaluo honore tuo*, idem Menoch. *n. 32.* Baiardus *n. 64.* Non tamen prouocato licitum eſt, crimen aliquod prouocanti obijcere: nam ſicut verbum illud *mentiris* defenſio eſt; ita obiectio hæc vindicta, & ſic prohibita, Capicius, *d. deciſ. 58. n. 2.* Boſius *d. tit. de homicidio, num. 86.* Io. Bologn. *in d. l. vt vim num. 94. verſ. item ſicut, in fine.* Dixi ſupra *falsò*: † nam ſi criminis obiectio 9

vera

vera fuerit, delinquet quidem ille replicando *tu mentiris*, Bologn. *d. num.* 94. *verſ. ex quo infertur*, & *verſ. nam reſolutio*; qui poſtea *verſ. ſed ego puto*, ex traditis à ſe rationibus, tenet, contra improperantem de aliquo delicto falsò, non ſolum licitum eſſe reſpondere *tu mentiris*; ſed aliud obijcere delictum nobum, Farinacius *q. crim.* 105. *n.* 245. & 309.

10 Adhuc tamen crederem, † conuitiatum poſſe conuitianti crimen etiam falſum obijcere, ſi ille falſo crimine iniuriauit: nam tunc delicta illa mutua compenſatione tolluntur, ſi æqualis conditionis fuerint ambo, cum tunc nihil plus honoris aut famę vnus quam alius amitat, ſicut accidit quando quis alium vocat porcum, ſtultum vilem, ebrium, alijſve iniurioſis verbis: qui, ijſdē, vel alijs quibuſcunq; verbis ſe defendere poteſt, vt verba cū verbis mutua vice talionem recipiant, *l. viro atq; vxore* 39. *ff. ſoluto matrimon.* Nata *conſ.* 6. *num.* 5. *par.* 1. & per Placam *in epitome delictorum, lib.* 1. *c.* 1. *num.* 21. Baiardus, *in d.* § *iniuria, poſt num.* 64. idem Plaça, *d. lib.* 1. *c.* 28 *nu.* 12. *tex. in can.* 1. §. *quibus autem, in fine*, ibi: *Ne ſi pergitis dicere quæ vultis, audiatis quæ non vul-*

*vultis*,& gloſ.ibidem, *in* §.*ad hæc* 13.*q*.1. illud adagium allegat.

*Res dare pro rebus,pro verbis verba ſolemus*

Hinc Velouiſ. *in pract.crimin. tit. de iniurÿs, nu*.22.ex Terentij ſententia, ait, *qui mal did, mal veolt ouir*. Conducit illud Diui Hieronymi, *epiſt*.14. in Auguſt. *Si in defenſionem meam aliquid ſcripſero, culpa in te eſt qui me prouocaſti, non in me quia reſpondere compulſus ſum.*

Quid † ſi inequalitas interueniat, vt quia conuitiator humilis eſt, conuitiatus autem nobilis, aut aliqua dignitate fulgens? Tunc propter inequalitatem compenſationē haud poſſibilem eſſe iudicarem; nam plus hic quam alius amiſit, ac maiorem iniuriam paſſus: vnde humilis ille, debitor adhuc reſtat. Igitur vltra verba, poterit nobilis, humilem aut ruſticum hominem verba iniurioſa aut deſinē titam in illum inflectentem, alapa petere, verberibuſve afficere: nam propter perſonæ cōditionem plus important verba, quam verbera, ſic Bolognetus, *in d.l. vt vim, num*.95. *verſ.limitatur, cum ſeq*. Hinc, ſi ruſtico aut humili viro, iniuria à nobile dicta fuerit; ſat eſt 11

ſi

ſi ille contra hunc, qualis qualibus verbis ſufficientibus ſe defendat.

12 Quid inter † æquales; vt ſi vnus aliũ abſq; occaſione mentiri diceret; cornutum, ebriũ, aut iudeum appellaſſet: valeret ne conuitiatus, vltra aut extra verbalem reſponſionem, ad arma recurrere? Nullus dubitat verbum *mentiris*, ſumam ac grauem iniuriam inferre, vt tenet & proſequitur D. Ludouicus à Peguera, *deciſ.* 78. *nu.* 34. 35. *& ſeq. p.* 1. etſi proferatur *ſaluo honore tuo*, Bar. *in l. ſi quis extraneus num.* 1. *ff. de acqui. hered.* vbi Iaſ. *num.* 3. & paſim Doctores, Alciatus, *in ſupradicto ſuo conſil. num.* 4. Haud negandum eſſe iudico verba illa *Cornudo, Borracho, Iudio*, adeò grauia eſſe, vt ſi patiantur, honorem pręciſsè iniuriato auferre non valeant. Ergo pro honore ad arma deuenire ius eſt, vt *ſupr. libr.* 3.

13 *q.* 3. † Neq; obſtat ſi obijcias, hoc licitum eſſe pro defenſione honoris ne adimatur: at quando ademptum iam eſt, vt hic, quæ defenſio? potius dicam vindictam eſſe iure omni prohibitam. Nam reſpondetur cum Nauarro Azpelcueta, *in* 2. *p. decret. cap.* 15. *tit. de quinto præcepto Decalogi, poſt num.* 3. Licitum eſſe

(iam

(iam iniuria honoris accepta) iniuriantem, etiam fugientem, perſequere ob honoris defenſionem, & percutere etiam vſq; ad mortem, ſi eo ad id opus fuerit, & niſi hoc fieret, quis magnam ſui honoris iacturam pateretur; adheret Enriquez, *de irregular. cap.* 10. multos allegans Petrus Nauarra, *lib.* 2.*cap.*3. *numer.* 380. conducit Victoria, *in relectio. de iure belli num.* 5. † Huiuſmodi enim iniuriæ, 14
honoris damnum irreparabile adferunt, ni ius in armis pro menſura & iniuriæ qualitate exiſtat. Igitur concedendum eſt, etiam contra iudicem, Peguera, *dict. deciſ.* 78. *poſt num.* 23. cum in iuditio, honorem amiſum quiſquam reparare non valeat; imò ſi hoc faceret, alia afficeretur iniuria, & ſic duplicē ſuſtineret iacturā: nā dedecus eſt quē ſe, iuditio publico, deſmentitum aut ignominia affectum fuiſſe afirmare, Peguera *vbi prox. d. n.* 23. ab omnibus enim deludi poſſet, & à proprio iudice vt ipſe ait. † Vltra quod verecun 15
dum maxime eſt, proprium honorem inultum relinquere, Caſaneus *in Catalogo gloriæ mundi, conſid.* 2. *poſt prin.* & *ad conſuet. Burgūdiæ tit. des Iuſtices rub.* 5. §. 5. *verb. ſil n. à grace*

*num.* 165. quare Ariſtot. *lib.* 4. *Eticor. c.* 5. ita inquit *Quin etiam contumelias & conuitia æquo animo ferre, ſeruile eſt*, vnde Iſocrates diceré ſolebat, *in orat. contra Lochit facta. Maledicta qui non vindicat, veterem remitendo iniuriam nouam prouocat*, tradit Aulus Gel. *noct. atic. lib.* 17. *c.* 14. Nunc Xenophon, *in Cyropædia c.* 1. *Neq; quidquam* (inquit) *eſt iuſtiùs, quam propulſare iniuriam.* Suadeat M. Tul. Cicero, *lib.* 1. *de officijs*, his verbis. *Sed iniuſtitiæ duo genera ſunt, vnum eorum qui inferunt, alterum eorum, qui ab ijs, quibus infertur, ſi poſſint non propulſant iniuriam, qui autem non defendit, nec obſiſtit iniuriæ, tam eſt in vitio, quam ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat.* Aduenìat D. Augu. *in ſerm. de communi vita cleric. Qui confidens* (ait) *conſcientiæ maledicta negligit, crudelis eſt.*

16 Quæ † ergo ſatisfactio, ſi dum quis cornutus aut iudeus appellatur, reſpondeat, *tu mentiris?* Nulla certe, maxime ſi aliter loquax fuerit, replicetve & *ſi te pigeat.* Eſſet enim proceſſus in infinitum. Nec omnibus verba dantur, haud omnibus arma. Tunc vt aiebat Cato.

*Con-*

*Contra verboſum nolli contendere verbis,*
*Sermo datur cunctis,animi ſapientia paucis.*

Sed conſulendum manibus vſque ad proprij honoris ſatisfactionē. ¶ Aiax Telamonius, qui cum in Vlyſem contenderet,hæc protulit.

*Nam nec mihi dare promptum eſt,*
*Nec facere eſt iſti:quantumq;ego marte feroci*
*Inq; acie valeo tantum valet iſte loquendo.*

Strenuis enim viris,honoratis, fortibuſque, expedit armis,nō lingua eſſe pugnaces.Hinc comoditas reſultat, ne licentia improbitati detur,optimos quoſq; contumelijs vexandi.

Ex quibus omnibus crederem, † ius eſſe 17 iniuriato,pro graui iniuria verbali,honorem ſuum armis defendere,tantum,quantum ſufficiat ad delendum honoris detrimentum ſibi ex verbali iniuria illatum. Videndus Petrus Nauar. *lib.2.c.3.num.* 376. vbi, ex omnium ſententia ait,licitum eſſe,contumelioſum occidere, quando aliter ea iniuria arceri nequit. Et ex noſtris, Auguſt. Ariminenſ. *ad Angelum de maleficijs, tit.verba iniurioſa & contumelioſa,poſt num.* 10. vbi ex Angelo, *in l ſi adulterium cum inceſtu,§.imperatores,ff.de adulter.* aſſerit,ſubueniendum eſſe ei,qui cum

verbis iniurioſis prouocatus eſſet, non verbis, ſed gladio prouocantem offendiſſet.

Hæc contra cōuitiatorem dicta. Quid cō-
18 tra detractorem? An defenſio cōpetat? † Cōpertum ſiquidem credimus, iniuriam verbalem non ſolum præſenti, ſed & abſenti quoque fieri, tam verbis, quam ſcriptis, etiā riſſu, & ſolo nutu, ſic ex Lancelot. Conrad. *in ſua prac. crim. trac. de iniurijs n. 4 & trac. de duello & pace concluſ. 17. num. 10.* Baiardus *ad Iul. Clar. in dict. §. iniuria num. 15. & 16.* Quin imò maius crimen ac delictum eſſe, in abſentes & inſcios inuehi, quam præſenti & ſcienti obijcere, ex Alciato, *in dict. ſuo conſ. in materia duelli num. 5.* argum. *c. 1. de cauſa poſſeſsio.*

Hinc † detractio ab omnibus ſanctis de-
19 teſtata, & ab ipſo Deo expreſsè prohibita *Nec detrahas fratri tuo, nec ei caluniam facies*, ait Prouer. cap. Iacob. Apoſtol. *in epiſt. c. 4 verſ. 11. Nollite detrahere alterutrum, fratres mei*, Diuus Auguſtinus in poſidonio, hæc exarata carmina diſcumbentibus legenda habebat.

*Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam*

*Hanc*

*Hanc menſem indignam nouerit eſſe ſibi.*
D. Gregor. *lib. moral. Ponderet vnuſquiſq; ſermones ſuos, & quod ſibi non vult, alteri ne loquatur*, idem Diuus Auguſtin. *ſerm.* 19. *Fratres dilectiſsimi, murmuratores, detractores, vel ſuſurratores, nullatenus eſſe debemus, ſcientes quod tales Regnum Dei non conſequentur.* Quid mirum cum ſit omnium delictorum culmen; grauiſsimum cunctorum; Reipublicæ multimodè peſtiferum detractionis facinus. Vnde D. Hieronymus. *Plus* (inquit) *peccat detractor, qui amorem proximi à corde alterius minuit, quam qui victum ab ore pauperis rapit: nam ſicut anima precioſior eſt quam corpus; ſic grauius eſt animæ victum auferre, quam corporis.* Et alibi. *Tanta eſt diſtantia inter fornicatorem, & detrahentem, quod ille qui fornicatur ſe tantum interficit, ille qui detrahit, ſe & auditores.* Eccleſiaſt. *c.* 28. *verſ.* 21. *Flagelli plaga liuorem facit: plaga autem linguæ comminuet oſſa.* D. Auguſt. *ad fratres in heremo ſerm.* 45. *Iſaiæ* 14. *Quid mihi prodeſt* (aſſerit) *ſi ieiunus ſum, & detractor ſum? Maiora vulnera ſunt linguæ, quam gladij; gladius corpus interficit,*

*de-*

*detractio animam: Diabolus vnde cecidit, nunquid furtum fecit? Nunquid adulterium fecit? Non propter hoc cecidit, ſed propter linguam cecidit, propter detractionem factus eſt diabolus.* Nec Marcus Tulius Cicero, etſi gẽtilis, (quid in Chriſtiano?) vitium huiuſmodi reprehendere pro ſiluit, *lib. de officijs* inquiens. *Detrahere igitur aliquid alteri, & hominis incomodum augere, magis eſt contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cætera quæ poſſunt, aut corpori accidere, aut rebus exteris: nam principio tollunt conuictum hominũ, vel ſocietatem.* Et vlterius *Arbitrari debemus magis rem contra naturam hominem homini detrahere ſui comodi cauſa, quam omnia incomoda ſubire, licet externa, licet corporis.* Tene-
20 ra † quidem res eſt lingua, ſed lethalia eius vulnera, & nimio dolore plena, D. Bernardus *de tripli. cuſto. Et dicimus* (inquit) *leuis res ſermo, tenera, mollis & exigua caro, lingua hominis quis ſapiens magni pendeat? Leuis quidem res ſermo, quia leuiter volat, ſed grauiter vulnerat, leuiter tranſit, ſed grauiter vrit, leuiter penetrat animum, ſed non leuiter exit, profertur leuiter, ſed non leuiter reuocatur, facile volat,*

*atq;*

*atq; adeò facile violat charitatem, vilis res eſt muſca moriens ſed exterminat oleum ſuauitatis. Tenerum membrum lingua; atamen vix teneri poteſt, ſubſtantia quidem infirmum, atque exiguum, ſed vſſu magnum, & validum inuenitur, modicum membrum eſt, ſed niſi caueas magnum malum, & lata, aptiſsimum vacuandis cordibus, ſicut multorũ mihi inter vos conſcientiam arbitror atteſtari.* Enim verò † etſi 21
detractor anſam audientibus prebeat vt in eum ſermonem dirigant & male loquantur; ſitque propriæ mortis ipſe cauſa (vt idem D. Bernard. *de tripli. cuſto.* ibi: *An non amittunt vitam detractores, Deo odibiles, odibiles vitæ, fugit vita quos odit, & quos vita fugit, mori neceſe eſt:*) Tamen eo vſq; detractionis malitia peruenit, vt damnum ex murmuratione ipſi reſultans, cum gaudio iniuriæ in aduerſarium inflixæ, hilari vultu compenſet: quid quod, vt ait D. Gregor. *Reg. lib.* 8. *& ſup. Ezechi.* & etiam D. Tho. 2. 2. *q.* 72. *artic.* 3. *Detractores nihil aliud faciunt, niſi quod in pulueream ſuflant, & in oculos eorum ipſam excitant, vt quanto plus detractionis perflant, minus de veritate videant.*

Cum

22 Cum ergo † abſens iniuriator plus peccet, & maiori ſit odio dignus cum aduerſum ignorantes inuehatur, quàm qui ſcientem & tueri ſe valentem offendat; non debet melioris conditionis eſſe, ſic Alciatus *in dict. ſuo conſ. num.* 5. maximè cum hoc proprium ſit hominum infimæ profectò ſortis, ac deteſtandæ proſapiæ. Quin immo ex ſententia Bannes *q.64.art.7.dub.*8. & Petrus Nauarra, *lib.2.c.3.num.*375. aſſerendum videtur, licitum eſſe è medio tollere eum qui nomini meo criminationibus falſis, apud iudicem, viroſve honoratos, detrahere nititur, ſi alias vlla ratione illud famæ ac honoris damnum auertere nequeam. Qui quidem Bannes ampliat, etiam ſi crimen ſit verum, dum tamen ſit ocultum.

23 Hinc, vt ad aliud quæſitum pergamus, ſolum adnotabo. † Iniurijs prouocatum & occidentem aliquem in caſſu non permiſſo, ac quomodolibet iuſtæ defenſionis modum excedentem, mitiori pœna puniendum, Petrus à Plaça, *in epitome delictorum*, *lib.* 1. *c.* 1. *num.*21. ex Angelo & alijs à ſe relatis, Papon. *lib.*22.*tit.*5.*arreſto* 1. quem refert & ſequitur

Iul.

Iul. Clar. *in prac. crim. q. 60. n.* 14. ex communi opinione: quia vt dicebamus *ſupra*. iuſtũ dolorem temperare, dificilimum eſt, *l. ſi adulterium cum inceſtu, §. imperatores, ff. ad leg. Iul. de adult.* & vt ſcribit Cicero, *pro Murena, Dificilimum eſt tacere cum doleas*. Siquidem iniuriatus, iuſtè (vt ita dicam) aut facile ad iram prouocatur; quo facto, nec ad iuſtos defenſionis terminos aſpicere poteſt. † Vix dolor 24
frenos capit, aſſeruit Atreus apud Senecam *in Tyeſte actu* 3. *ſcena* 1. & Terentius *in adelphis, Vix enim* (ait) *compos animi ſum, ita ardeo iracundia*. Mar. Tul. Cicero, *in orat. pro M. Marcelo, Inimica eſt iracundia conſilio*, & quidam non contemnendus Poeta.

*Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.*

Vnde cum iniuriæ dolor iuſtus ſit, † quia ma 25
ximum honoris detrimentum continet contumelias iniuriaſve ſuſtinere; ſi quis eo dolore comotus, quidquam in moderatè egerit, indulgendum eſt, *l. ſi quis in graui, §. maritus, ff. ad Sylanian. d. l. ſi adulterium cum inceſtu, §. Imperatores*, Iul. Clarus *dict. q. 60. num.* 15. & de omnibus his Latius diximus ſupra, *lib.* 3. *q.* 2. *ad finem.*

# Quæſitum III.

*Pro vitæ honoris aut rerum defenſione, an duellum, ſiue ſingulare certamen admitere liceat.*

## RECOPILLATIO.

*Duelli legislator, diabolus eſt, n. 1.*
*Duellum omni iure prohibitum eſt, num. 2.*
*Duellum dantes ſiue accipientes mortaliter peccant, & priuantur Euchariſtia atq; Eccleſiaſtica ſepultura, n. 3.*
*Et à ſacro Concilio Tridentino pœne ſtatutæ ſunt, num. 4.*
*Et qualibet conſuetudo duella recipiens, anullatur, num. 5.*
*Etiam qualibet lex & ſtatutum illa inducens, tam ad comperiendam veritatem, quam aliàs, nulla & prohibita eſt, num 6.*
*Forus vnicus* tit. en que caſos el Procurador Aſtricto es obligado à hazer parte, *adducitur, & hoc caſſu declaratur, num. 7.*

*Duelli*

*Duelli prohibitio, & illud exercentium pœna, ſolum procedunt contra illos qui publica exercent duella, ſecundum aliquorum ſententias, nu.8.*

*Sed hodie in omnibus duellis ſupradicta pœnæ procedunt, n.9.*

*Pœnæ Concilij non procedunt, quando calore iracundiæ, rixantes ſe ad duellum in continenti exercendum, inuitant, nu.10.*

*Duellum, etſi regulariter prohibitum ſit, aliquibus tamen caſibus permiſus, vt pro vitæ defenſione, n.11.*

*Quid pro honore? nu.13.*

*Quid pro rebus? num.14.*

*Quid ſi calumniator ab iniuſta accuſatione deſiſtere nequeat, niſi aduerſarius duellum acceptet? n.15. & 16. cum ſeq.*

*Quid in inermi inuaſo ab armato, an duellum acceptare poſsit, vt ab illo periculo liber euadat? n.18.*

*Authoris diſtinctio, n.19.*

*Nobilis, milles, aut ſtrenuus vir, ad duellum prouocatus; an illud ob dedecus effugiendum, valeat acceptare, nu.20. & 21.*

*Authoris ſententia, num.22. & 23 cum ſeq.*

*Milites diui Ioannis, ſi conſtat duella aut ſingularia certamina exercuiſſe; vltra Concilij pœnas, habitu ordinis priuantur, numer.24.*

EA quidem eſt naturæ humanæ peruerſitas, ea morum corruptio, propenſio itaq; ad malum ea, vt æternis fælicitatibus ſpre-
1 tis, † præſentia (quia poſſeſſa) maiori ſemper eſtimentur affectu. Inde euenit, vt legũ duelli profeſores (quorum legislator diabolus ipſe) magnam ſe honoris aut famæ iacturam pati credant, ni ex quacunq; ipſis iuſta credita cauſa, aut cum aduerſario ſingulare certamen admitant; aut eum ad id prouocent.
2 Sciant † enim imprimis, duellum, ſiue monomachiam, aut ſingulare certamen, nullo iure licitum eſſe, immo omni iure prohibitum, tam de iure naturali & diuino, quàm de iure ciuili & canonico, *l. vnica, C. de gladiatoribus lib.* 11. vbi etiam gloſa & Doctores omnes, *l. negantes* 9. *C. de actio. & obligatio.* quam allegat Azebedo *ad l.* 10. *lib.* 8. *tit.* 8. *noua recopil. n.* 13. *can. monomachiam* 2. *q.* 4. *c.* 1. *extra de purgat. vulgari, c.* 1. & 2. *extra de Clericis pugnantibus*

*tibus in duello, Clemen. vnica de torneamentis,* tradit latè Alex. Peregrinus, *in ſuo ſpeciali tractatu de duello, q. 2. à prin.* Comprobant, Andreas Alciatus, *in lib. de ſingulari certamine, c. 3. & in conſil. ſuo in materia duelli, n. 1.* gloſſ. *in l. qua actione, §. ſi quis in coluctatione, ff. ad leg. aquil.* gloſ. *in l. filiusfamilias, §. fin. ff. de legatis* 2. quos tradit Azebedo *vbi prox.* plures allegans Doctores, Ioan. Fauer, *in §. per contrarium n. 2. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* Veronenſ. *conſ. 11. col. 5. verſ. ego autem dico,* plures congerit Petrus Cenedo *in collecta. ad decretal. colectan. 117. p. 2.* Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de Clericis pugnan. in duello,* Abbas Panormit. *in dict. c. 1. de purgat. vulgari,* Gregorius Lopez, *ad l. 1. tit. 3. par. 3.* & copioſius omnium (videndus) Iaſſ. *conſ. 144. nu. 2. verſ. ſed præmiſsis omnibus, & verſ. ſtat ergo volum. 2.* D. Thom. 2. 2. *q.* 25. Martinus Nauarro *in manuali confeſ. c. 11. num. 39. verſ. trigeſimo quarto,* plures allegat remiſſio, *ad Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. capit. 19. lit. A.* † Hinc duellum dantes ſiue acceptantes mortaliter peccant, priuantur Euchariſtia, ipſiſque Sacramenta, & Eccleſiaſtica denegatur ſepultura, 3

de

*Milites diui Ioannis, ſi conſtat duella aut ſingularia certamina exercuiſſe; vltra Concilij pœnas, habitu ordinis priuantur, numer.* 24.

EA quidem eſt naturæ humanæ peruerſitas, ea morum corruptio, propenſio itaq; ad malum ea, vt æternis fælicitatibus ſpre-
1 tis, † præſentia (quia poſſeſſa) maiori ſemper eſtimentur affectu. Inde euenit, vt legũ duelli profeſores (quorum legislator diabolus ipſe) magnam ſe honoris aut famæ iacturam pati credant, ni ex quacunq; ipſis iuſta credita cauſa, aut cum aduerſario ſingulare certamen admitant; aut eum ad id prouocent.
2 Sciant † enim imprimis, duellum, ſiue monomachiam, aut ſingulare certamen, nullo iure licitum eſſe, immo omni iure prohibitum, tam de iure naturali & diuino, quàm de iure ciuili & canonico, *l. vnica, C. de gladiatoribus lib.* 11. vbi etiam gloſa & Doctores omnes, *l. negantes* 9. *C. de actio. & obligatio.* quam allegat Azebedo *ad l.* 10. *lib.* 8. *tit.* 8. *noua recopil. n.* 13. *can. monomachiam* 2. *q.* 4. *c.* 1. *extra de purgat. vulgari, c.* 1. *&* 2. *extra de Clericis pugnantibus*

*tibus in duello, Clemen. vnica de torneamentis,* tradit latè Alex. Peregrinus, *in ſuo ſpeciali tractatu de duello, q. 2. à prin.* Comprobant, Andreas Alciatus, *in lib. de ſingulari certamine, c. 3. & in conſil. ſuo in materia duelli, n. 1.* gloſſ. *in l. qua actione, §. ſi quis in coluctatione, ff. ad leg. aquil.* gloſ. *in l. filiusfamilias, §. fin. ff. de legatis 2.* quos tradit Azebedo *vbi prox.* plures allegans Doctores, Ioan. Fauer, *in §. per contrarium n. 2. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* Veronenſ. *conſ. 11. col. 5. verſ. ego autem dico,* plures congerit Petrus Cenedo *in colecta.. ad decretal. colectan. 117. p. 2.* Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de Clericis pugnan. in duello,* Abbas Panormit. *in dict. c. 1. de purgat. vulgari,* Gregorius Lopez, *ad l. 1. tit. 3. par. 3.* & copioſius omnium (videndus) Iaſſ. *conſ. 144. nu. 2. verſ. ſed præmiſsis omnibus, & verſ. ſtat ergo volum. 2.* D. Thom. 2. 2. *q. 25.* Martinus Nauarro *in manuali confeſ. c. 11. num. 39. verſ. trigeſimo quarto,* plures allegat remiſio, *ad Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. capit. 19. lit. A.* † Hinc duel- 3
lum dantes ſiue acceptantes mortaliter peccant, priuantur Euchariſtia, ipſiſque Sacramenta, & Eccleſiaſtica denegatur ſepultura,

de

de quibus omnibus, *ex §. ſed ſi non, de conſecra. diſtin. 2.* gloſſ. *in dict. can. monomachiam*, Ioan. Fauer, Alciatus, & alij; *ſupra adducti*, Martin. Nauarro, *dict. num. 39. & c. 15. nu. 9.* Silueſter *in ſuma* verbo *duellum nu. 2.* Lancellot. Conrad. *de duel. & pace, in præfatio. nu.*
4 4. & 7. † & à ſacro Cõcilio Tridentino pœnæ ſtatutæ ſunt, *ex ſeſſ. 25. de reformatione c.* 19. his verbis. *Deteſtabilis duellorum vſus, fabricante Diabolo, introductus, vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur: imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunq; alio nomine, Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, ac iuriſdictione, & dominio ciuitatis, caſtri, aut loci, in quo vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, priuati intelligãtur; &, ſi feudalia ſint, directis Dominis ſtatim acquirantur. Qui verò pugnam commiſſerint; & qui eorum Patrini vocantur excommunicationis ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant; & vt homicidæ, iuxta ſacros Canones, puniri debeant, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuò careant Eccleſiaſtica ſepultura. Illi etiam, qui conſilium in cauſa duelli, tam in iure, quàm facto dederint, aut alia quacunque ratione ad id quemquam ſuaſerint, necnon ſpectatores, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obſtante quocunque priuilegio, ſeu praua conſuetudine, etiam immemorabili.* Meminit Azebedo, *vbi ſupr. num.* 15. Salcedo *in praxi ad Bernardum cap.* 100.

Mich.

Mich. Salon *de iuſt. & iure in 2.2. Diui Thomæ q. 64. controuerſ. 5. per totam*, D. Martinus Carrillo *en la explicacion de la Bula de difuntos p. 2. c. 4. num.* 55. P. Valer. Regin. *in praxi fori pœnitentialis, lib. 22. num. 76. verſ. accedit*, R. P. F. Ioannes Marquez, *in ſuo Gubernatore Chriſtiano, lib. 1. c. 23. §. 2. circa med. verſ. en eſta razon*, Layman *de theologia morali, lib. 3. ſectio. 5. tract. 3. p. 3. c. 4. num. 4.* P. Ludouicus Molina, *de iuſt. & iure, tract. 3. diſput. 17. à num. 3.*

Ex † qua Concilij Tridentini deciſione, 5
apparet quam deteſtabile ſit duelli exercitium, cum tot ac tam grauibus pœnis ab Eccleſia puniatur. Et licet iuris prohibitione non obſtante, aliquando duelli vſus ex conſuetudine receptus fuerit in aliquibus Regnis; cum illud ſolummodo de facto introductum ſit, non tamen eſt dubitandum de illius conſuetudinis (ſiue potius corruptelæ) nullitate, *vt ex c. 2. extra de Clericis pugnan.* Alciatus *d. conſ. ſuo in materia duelli num.* 1. maximè dicta Concilij authoritate exiſtente, ibi: *Non obſtante quocunq; priuilegio, ſeu praua conſuetudine etiã immemorabili.* Videndus

6 dus Peregrinus *vbi ſup. q.* 17. Ex quibus † patet quaſq; leges, quaſq; conſuetudines duella diſponentes, ſiue ad comperiendam veritatem, ſiue in defectum probationis, ſiue alio quoquo modo, vt in foro noſtro *tit. de duello, & tit. de forma diſidamenti*, de quibus Molinus *verbo duellum, fol.* 114. & verbo *diſidamentum, fol.* 94. penitus ſublatas eſſe, & iure nullas, prout hodie nec obſeruantur nec vigent, ſi quoquomodo Concilij Tridentini diſpoſitioni contrariantur.

7 Et licet † forus à Domino Imperatore & Rege noſtro Carolo quinto conditus, *tit. en que caſos el Procurador Aſtricto es obligado à hazer parte*. Æditus Cæſarauguſtæ ann. 1528. & ſic ante Concilium Tridentinum; ſolummodo damnet, & Aſtrictum Procuratorem accuſare cogat illum qui contra forum aliquem diſidat, ſiue ad ſingulare prouocat certamen, ibi: *E contra qualeſquiere perſonas que deſafiaràn a otro, ò otros en bienes, ò en perſona deſaforadamente*, excipiens duella ſiue certamina quæ publicis ſchedulis, Principiſque authoritate & aſecuratione, ſingulariter (ideſt *cuerpo a cuerpo*) fiũt. Et excipiens etiã,

quæ

quæ priuatim abſq; Principis authoritate, ſed inter infanciones *de hidalgo à hidalgo* accidunt. Tamen non ex eo negat Imperator, certamina huiuſce reprobata eſſe: quin immo fateri videtur, cum aſſerat, *no dando empero por eſto autoridad alguna, ni permiſo para los tales deſafios hazer*. Non ignarus duella huiuſmodi (vt illicita) ſe abſque iræ Dei timore ſtatuere non poſſe, vt in Rege Hiſpaniæ & Anglæ exemplificans, tenet Azebedo *vbi ſupra, nu. 19.* ex Iaſſone *in l. ex facto nu. 63. ff. de iuſt. & iure.* Eman. Suarez, *in comun. opinio.* verbo *duellum.* Solum enim à dicto foro noſtro excipiuntur duella illa, vt exercentes per Aſtrictum Procuratorem, accuſari nequeant; non verò vt à iuridica pœna (ſi quid commiſſum fuerit) liberi euadant, parte cuius principaliter intereſt, accuſante & inſtante.

Nunc ergo † ad iuris & Concilij prohibitionem explicandam, Doctorum opiniones hinc inde extiterunt. Quidam tenuere, pœnas iuris, & *dict. cap. 19. Concilij*, ſolum impoſitas eſſe contra duella publica exercentes, quæ regia authoritate fiebant, locis, armiſq; deſignatis ac ſpecificatis, cum aſſiſtẽtibus ſiue 8

patrinis: non verò quæ à priuatis perſonis ſingulariter *cuerpo a cuerpo*, abſq; territorij aſecuratione, & patrinis exercebantur. Nam cum dictæ conſtitutiones pænales ſint, & in duellis loquantur, non ſunt ad ſingularia alia certamina extendenda, ex *regul. odia, de reg. iuris in 6.* cum alijs ſimilibus.

9 Hodie † tamen, omni dubio reiecto, poſt publicationem Bullæ Gregorij XIII. *factam 9. Decembris* 1582. & Clementis VIII. *anni* 1592. pro conſtanti habetur, pœnæ *dicti c.* 19. Concilij, locum habere contra duella particulariter exercentes, etſi nulli patrini ſocij ve fuerint vocati, nec loci ſecuritas habita, nec prouocatoriæ literæ: ita declaratio *ad Concil. d. c.* 19. *nu.* 1. Salcedo *in pract. d. c.* 100. vbi dictam Gregorij Bullam incipientem *ad tollendum deteſtabilem duellorum vſum*, adfert; eruditiſsimè explicat & intelligit P. Sanchez *in præcepta decalogi, lib.* 2. *c.* 39. *nu.* 28. Alex. Peregrino, *d. tract. de duello, q.* 2. *in fine, q.* 3. *nu.* 1. & 2. & *q.* 12. *per totam.* Sufficit enim ſi quis cauſa pugnandi, alium dicat, veni ad talem locum, & ibi expecto, ſic Sanchez *vbi prox.*

10 vidẽdus Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen.* 11. † qui

pœ-

pœnam Concilij non procedere ait, quando calore iracundiæ, rixantes ſe ad duellũ, incõtinẽti ad certũ locum accedentes, inuitãt: Defendit Peregrinus, *d. tract. de duello*, *q.* 18. ex Sayro *de cenſuris Eccleſiaſt. lib.* 3. *c.* 31. *nu.* 25. *in fine*, & ex alijs *in fine q. adductis.*

Quibus quidem inſpectis, etſi generaliter omni caſſu duellum, ſiue ſingulare certamen tot pœnis prohibitum ſit; † nihilominus tamen nec deſunt caſſus in quibus id admitere impunè liceat. Primus omnium eſt, noſter hic de quo quærimus, nempe pro vitæ propriæ defenſione, Azpelcueta Nauarro *in manuali c.* 11. *de primo præcepto decalogi num.* 39. *verſ. ſecundus eſt*: Vt ſi innocens quis à iudice iniquo damnatus fuerit, vt vel in duello pugnet, quo ſe à crimine obiecto purget, vel mortem ſuſtineat. Tunc enim reo licitum erit duellum acceptare, vt ex Angel. *verbo duellum num.* 1. Toledo *lib.* 5. *ſumæ c.* 6. *n.* 32. Caietanus 2. 2. *q.* 95 *artic.* 8. *circa ſolutio. ad* 3. *ſtatim in prin.* & ex alijs, probabiliorem ſententiam ſuſcipit P. Sanchez, *in præcepta decalogi, lib.* 2. *c.* 39. *num.* 4. cum tunc defenſio ſit, & omni iure conceſſa, fatetur P. Ludouicus 11

Molina, *tract. 3. de iuſt. & iure, diſput. 17. nu.*
12 7. † Peccaret tamen iudex, & in pœnas Concilij Tridentini incideret, duellū concedendo, ex dicti Molinæ ſententia, *d. n. 7.*

Quid pro honore? Vt ſi quis à iudice condemnetur ad flagellandum, vel ad pœnam aliam (qua honor adimitur) ſubeundam, niſi duellum admitat ad ſuam innocientiam oſtē-
13 dendam? Crederem † licitum eſſe cuilibet duellum admitere ſi alia ſpes euadendi non adſit. Nam tunc pro honoris defenſione, facere licet quidquid aliàs prohibitum eſt, vt homicidium. Ergo & duellum admitere.

14 Diuerſum † tamen iudico pro rebus; etſi certum ſit, quem bona per ſententiam iudicis amiſſurum: nam recurſus alij patent, quibus bona recuperari valeant; vel iudicis iniuſtè condemnantis accuſatione in ſindicatu.

15 Quid † ergo ſi quis calumniator deſiſtere nollit ab iniuſta accuſatione, qua vita mea, & honor, in maximo ac euidēti periculo adſunt, niſi duellum admitam; potero ne? Videtur afirmatiuè reſpondendum. Acceptatio enim duelli, caſſu quo vitæ propriæ periculum

lum adeſt, non eſt verè duellum, ſed defenſio contra inuadentem, ex Caietano, Valencia, Nauarro, & alijs relatis à P. Sanchez, *dict. c.* 39. *num.* 7. Igitur vt defenſio, licitè compete re poterit duelli acceptatio & oblatio (ſi alia ſpes euadendi non adſit) pro honoris quoq; defenſione, *vt ſupra* latius *lib.* 3. *q.* 3. oſtendimus. Et † quod hoc caſſu licitum ſit, tenet 16
Bannnes 2. 2. *q.* 64. *artic.* 7. *dub.* 4. *corpore & in ſolutio. ad* 2. & alij quos refert Sanchez, *d. nu.* 7. *ad finem.* Et licet Caietanus huic opinioni aſentiat, dummodo illud duellum de Principis ineatur licentia; tamen Nauarra, *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 3. *in* 2. *part. dub.* 13. *in noua æditio. num.* 289. *&* 290. (quem Sanchez *vbi prox. tradit.*) Illam Caietani limitationem reijcit; cum defenſio, (quæ hoc in caſſu vera eſt) à iure naturali prouenienſ, vt cuique competat, nulla licentia indigeat: quin immo ipſe *dict. numer.* 290. non debere aſſerit, innocentem duellum acceptare, ſi occultè calumnioſſum occidendo poteſt id vitæ, honoris, rerumve familiarium periculum euadere: cum ſic & vitæ periculum in duello inminens, & calumnioſi peccatum euitet.

Sed

17 Sed † hæc ſententia licet ſpeculatiuè vera ſit, non tamen ei in praxi multùm indulgendum iudicarem: Cum ſæpe numero contingeret quenquam ſe per calumniam accuſatũ & ad iudicium vocatum credere. Vltra quod de morte ſic comiſſa, in ſęculari iuditio, haud magnam haberet excuſationem.

18 Et tandem, † quid ſi inimicus armatus, aliquem inermem repertum occidere tentet ni duellum acceptet, ad quod exercendum arma promitit? Poterit enim tunc, ſecundum iuſtitiam & conſcientiam, duellum acceptare, & offerre, pugnamque exercere, cum alia contra inuaſorem iniuſtum non ſuppetat ratio. Naturalis ſiquidem defenſio eſt tunc, permiſa, legitima, neceſſaria, & omni iure aſiſtita, vt ex Nicolao de Lyra *cap.* 17. *lib.* 1. *Reg.* Caietano, & alijs, P. Leonardus Leſius, *tract. de iuſt. & iure, lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 8. *n.* 49.

19 Ego tamen † hoc limitarem, ſi inuaſor, illum inermem inuentum, ire, vt arma quæreret, & ad certum locum reuerteretur, permiſerit. Tunc enim ſi armatus, ad locum illum promiſſum accederet; eſſet proculdubio puniendus in vtroq; foro, & ſacroſancti Concilij

cilij Tridentini pœnis: nam cum ille ſaluus tunc eſſet, & ab inuadentis opreſione liberatus, varijs remedijs vitæ ſuæ ſecuritati conſulere poterat. Hoc, quo ad hoc. Sed nunc, & ad aliud.

Igitur diſceramus an † ſi quis probum, nobilem, aut ſtrenuum virum, ad duellum prouocet; huic illud acceptare liceat? Videtur fatendum, cum hæc honoris defenſio ſit, ex quo duellum reſpuendo, non parum dedecoris, imò magnam honoris iacturam quis patiatur, cum ignauus & meticuloſus cenſeatur; ac proinde ſine dedecore inter honoratos aſiſtere, neque in Principis aula comparere, militaremve promotionem ſperare queat. Ergo prouocans, videtur inuaſor ad prouocati honorem auferendum, ni is duellum acceptet. Igitur ſi ad honorem defendendum, quando aliter ſaluus eſſe non poteſt, hominem occidere licet (etſi fugæ conſuli poſsit) vt ſupra *lib.3.q.2.verſ.item circa modum*, eodem quoque modo duellum accepare licebit. † Hinc Andres Alciatus, *in ſuo lib. de ſingulari certamine c.3.num.*1. aſſeruit. Non tamen ambigo, ſi quiſquam armis ſtrenuus, vt 20 21

ferro

ferro decertet prouocetur, honoris ſui tuendi cauſa impunè cum in ſequeſtrem agrum ſi de publica prodire, armiſq; rem gerere poſſe; is enim iure gentium quodammodo ſe defendit. Hæc ille.

22 Verùm † ego ſemper & diuino & humano iure inſpecto, neceſſariũ exiſtimaui, omniumque tranquilitati conſonum, etiam hoc caſſu, duellum acceptare nefas eſſe, vt doctè Caietanus 2.2.*q.*95.*artic.*8.*ad* 3. *in caſſu* 3. & in ſumma *verbo duellum* vbi Armilla *num.* 1. Valencia 2.2.*diſput.*3.*q.*17.*punct.* 1.*in* 2.*cauſ.* Bannes 2.2.*q.*40.*artic.*1.*in fine, & q.*64 *artic.* 7. *dub.*3. *in ſolutio. ad* 3. cum alijs relatis à P. Sanchez, *in præcep. decal. lib.*2. *c.*39. *numer.*9. Leonardus Leſius, *tract. de iuſt. & iure, lib* 2. *c.*9.*dub.*12.*num.*83.*verſ. dices*, Dominicus Soto *eodem tract. de iuſt. & iure, lib.*5.*q.*1.*art.*8. *ad finem, verſ. quid ſi hinc quiſpiam*, Layman, *de theologia morali, lib.*3. *ſect.*5 *tract.*3.*part.*3.
23 *cap.*3.*num.*3. † Nec tunc enim honoris cauſa eſt, nec defenſio duello mediate licet, cum aliàs dedecori ſuo conſuli poſsit, aut aſſerendo, ſe paratum fore, ſi per Eccleſiæ decreta liceret, Leſius *dict. dubit.*12.*num.*84. aut, Para-

tus;

tus ſum ad me defendendum quandocunque inuaſeris me: at duellum acceptare reſpuo, non ob valoris defectum, ſed eo quod diuinæ legi aduerſetur, Bannes, Layman,& Valentia *vbi prox.* per Sanchez,*d.c.*39.*n.*10.Sayrus *de claui Regia,lib.*7.*c.*13.*n.*13.*ad fin.verſ. tertia cauſa.* Siquidem tunc,nec in diuinæ legis obſeruatione deficit (quia paratum eſſe ad ſe defendendum culpa vacat,ita Valencia, Bannes,& Sanchez *vbi prox.*) nec honorem ſuum aut vulgarem exiſtimationem iactatur. Nec ob ſic duellum ſpretum, impedimẽtum quis capiet ad militiæ gradum conſequẽdum (immo illius acceptatio impedimẽtum erit, cum ſic acceptans efficiatur infamis, Peregrin.*trac.de duello in prin.verſ. prætera.*) † Nã vltra quod nõ dubito requiſitũ huiuſmodi, haud in criſtiana vigere militia; nullis ſtatutis, nulliſve ordinationib⁹ (tãquã diuinæ legi aduerſantib⁹) dicti duelli recuſatio puniri valet. Quin immo, inter Diui Ioãnis Hieroſolymitani milites, hoc ſtatutũ extat; vt quãdocũq; cõſtet milites duella aut ſingularia certamina exercuiſſe, vltra Eccleſiaſticas pœnas, dictæ Ordinis Habitu priuentur. 24

# Quæſitum IIII.

## *Defendere ſe, an quis præciſsè teneatur?*

### RECOPILLATIO.

*Defendere ſe quis tenetur ex preordinata charitate, ne in ipſum ſit iniurius, num. 1.*
*Et ſe permitere occidi delictum eſt, mortaleque peccatum, num. 2. 3. 4. & 21.*
*Contraria ſententia adducitur vt vera, num. 5.*
*Et ambæ opiniones intelliguntur, nu. 6.*
*Non ſe defendere, & permitere ſe occidi, poteſt quis ex iuſta cauſa, & quæ hæc ſit, n. 7. & 11*
*Sed intellige hoc vt, n. 20.*
*Si agreſsi mors, agreſori pro futura non eſt, ad ſpiritualem vitam non amitendam, nequit agreſſus ſe permitere occidi ab agreſore, abſq; peccato, num. 8.*
*Chriſtus Dominus, pro ſpirituali omnium ſalutæ ſufficienter, mortem pati voluit; ſed efficaciter, pro his tantum, quibus profutura erat, num. 7. & 9.*

*Agreſ-*

*Agreſſus non poteſt ſe permitere occidi, etiam intuitu, ne agreſſorem occidat in peccato: quando agreſſus in peccato ſimiliter exiſtit, num. 10.*

*Agreſſorem (cuius vita Reipublicæ multum intereſt) non poteſt agreſus, abſq; peccato ad ſui defenſionem occidere, ſi ipſe Reipublicæ vtilis non ſit, nu. 12.*

*Intellige vt, n. 13.*

*Si agreſſor eſſet parum vtilis Reipublicæ, agreſſus autem valdè proficuus; tenetur ſe defendere ſub peccato, num. 14.*

*Sed obijcitur contra prædictum, num. 15.*

*Soluitur dubium, nu. 16.*

*Principem agreſſorem, etſi agreſſus occidere nõ poſsit, quando ex illius morte damna temporalia ſequerentur Reipublicæ magna: tamen ſi agreſſus in mortali peccato exiſtat; tenetur ſe defendere hoc caſu, num. 17.*

*Quid ſi ob mortem agreſſoris, damna Reipublicæ ſequerentur ſpiritualia: an agreſus in peccato exiſtẽs, ſe defendere teneatur? n. 18.*

*Vitam ſpiritualem, aut minimam eius partem, amitere non licet pro ſalute mundi, nec pro ſanctorum gloria tuenda, num. 19.*

Mortem quis pati poteſt pro vita corporali amici tuenda, num. 22.
Et pro exercitio alicuius virtutis, num. 23.
Vitam ponere pro amicis, maximus eſt charitatis actus, n. 24.
Amicus eſt alter ego, num. 25.
Alexandri & Epheſtionis exemplum traditur, ibidem.
Amici Dei ductu fiunt, num. 26.
Pyladis & Oreſtis amicitia narratur, nu. 27.
Zopiri, egregium amicitiæ factum adducitur, nu. 28.
Damonis & Pytiæ Pytagorei ſinceræ amoris portentum laudatur, nu. 29.
Amici in aduerſis cognoſcuntur, num. 30.
Amoris vis, fortem redit quemlibet, ibidem.

ARguat proximum defendendi neceſsitudo, *ex infra traditis*: 
1 † Vt propriæ vitæ & ſalutis, quilibet tuitor præciſus exiſtat, ne in ſe aliàs videatur iniurius. Hinc Oſualdus Illigerus, *in notis ad Donellum, lib. 17. coment. c. 2. lit. D.* Quin (inquit) non licita ſolum defenſio, ſed & neceſſaria, ac ex preordinata charitate iniūcta, ne quis in ſemetipsū ſit iniu-

iurius, Zoan. *defenſ. tripart. p. 1. num. 3. & ſeq.* Si dicente Apoſtolo, charitas bene ordinata à ſemetipſo initium capit; quis vitam extranei (& agreſoris) ſuæ anteponet incolumitati? Difficilis profectò res ac periculoſa, charitate, & conſcientia. † Igitur permitere ſe 2
occidi, non ſe quis defendendo cum poſsit; vltra quod iniquum eſt, ac ſub pœnis ſibi ipſis occidentium comprehenſum (de quibus Plaça, *in epit. delictor. lib. cap. 23.*) mortale quidem eſt ex ſe peccatum; nam tenetur homo vitæ ſuæ conſulere in quantum poteſt & debet, ſic Cardinalis Franciſcus Toletus *in ſumma, libr. 5. cap. 6. numer. 9.* Abulenſis *cap. 11. in Ioſue quæſt. 11.* Ioan. Neuizan. *conſil. 61. num. 43.* Ioan. de Lignano, *tract. de bello cap. 79.* per Nicolaum Intrigliol. *conſ. 15. nu. 14.* Paulus Caſtrenſ. (prout illum refert Petrus Cenedo *in colectan. ad decretum cap. 29. n. 1.*) *in l. 1. §. ius gentium num. 9. ff. de iuſt. & iure*, vbi aſſerit, quod qui ſe occidi permitit, ita damnatus eſt, ac ſi ſe ipſum occideret vel præcipitaret, Salon *in l. vt vim, numer. 15. eod. tit.* Ayrer, *tractatu de homicidij neceſsitate par. 1. num. 395. & ſeq.* Farinacius

*tom.*

*tom.4.q.125.tit.14.de homicidio, nu.23.*tradit Petrus Nauarra,*lib.2.de reſtit.c.3.dub.3.n.41.* Durand.*in 4.diſtin.17.q.6.ad 2.* Docet etiam D.Bonauent.*in 3.diſt.29.q.3.* ſtultos eſſe qui vitam propriam temporalē negligunt, propter alienam corporalem vitam, & D.Auguſt. *lib.vnico de mendatio c.6.* ſic fatur. Siquis(inquit)exponat vitam temporalem propriam, pro vita temporali alterius, iam non diligit proximum ſicut ſe ipſum, ſed pluſquam ſe ipſum, quod regulā doctrinæ Chriſti excedit.

3 Si † enim proximi vitam, honorem, pudicitiam, bonaq; tēporalia defendere tenemur ſub mortali culpa (cum comodè poſſumus) etiam proximum alium occidendo agreſorem, vt ex multis tradit Stephanus Fagundez, *in decalog.tom.1.lib.5.cap.4.num.11.* Ergo multo fortius (ex preordinata charitate) vitam noſtram ſub mortali peccato defendere tenemur, etiam cū proximi agreſoris morte.

4 † Et quod mortaliter peccet quis contra charitatem propriam, ſi non ſe defendat cum poſsit, ſed ſe ab agreſore occidi ſinat, eſt communis Doctorum ſententia, per Fagundez, *vbi prox.c.3.n.9.*

Sed

Sed prædictis † non obſtātibus contrariæ opinioni aſsiſtit, *tex. in can. non eſt noſtrum* 23. *q.* 5. ibi: *Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab alijs libenter accipere.* Ergo noſtrum eſt, nos non defendere. Et quod perfectionis opus ſit, egregiæque charitas actus, mortem potius pati, quam agreſorem occidere, firmant D. Anton. 3. *p. tit.* 4. *c.* 3. §. 1. D. Th. *in lib. de regim. Princip. q.* 6. per Didacum Couar. *in* 4. *decret. ſecundæ partis c.* 8. §. 12. *nu.* 17. *in fine*, Caietan. *ad* 2. 2. *Diui Thomæ q.* 64. *art.* 7. Silueſter *in ſumma* verbo *bellum* 2. *num.* 5. Leonardus Leſius, *tract. de iuſt. & iure, lib.* 2. *dub.* 9. *c.* 8. *nu.* 55. Dominicus Soto, *eod. tract. lib.* 5 *q.* 1. *art.* 8. *poſt medium, verſ. Hactenus ad finem.* Emanuel Sa, *in ſumma* verbo *homicidium num.* 17. Petrus Nauarra, *lib.* 2. *de reſtit. c.* 3. *num.* 62. P. Ludouicus Molina, *tract.* 3. *de iuſt. & iur. diſput.* 14. maximè *num.* 1. *verſic. tertia concluſio*, plures congerit Petrus Cenedo, *in colectan. ad decretum c.* 29. *n.* 1. & 2. 5

Quælibet † tamen harum opinionum, & ambæ ſimul veriſsimæ ſunt. Nam defendere ſe quis tenetur ſub mortali peccato (cum comodè poſsit) quando iuſta cauſa non adeſt 6

pro-

propriam omitendi defenſionem. Et etiam ſi iuſta cauſa adſit, tenetur ſe defendere (ſi poteſt) ſub mortali culpa, extra agreſoris tamen necem, *vt infra dicam*. Hecque eſt opinio prima. At quando iuſta adeſt cauſa, poterit licitè agreſſus, ius defenſionis ſuum, agreſori cedere, permitereq; ſe mortem potius ſuſtinere, quam illius vitam eripere. Et hæc eſt opi-
7 nio ſecunda. ¶ Iuſta † ſiquidẽ cauſa erit, ſi agreſus ſe occidi permitat, ne agreſorem occidendo, & in peccato, (tunc ex ipſa agreſione comiſſo) æternè damnatus exiſtat. Hæc enim eſt æquiſsima cauſa, perfectiſsimum opus, egregiæque charitatis actus, anteponere vitam proximi agreſoris ſpiritualem, corporali agreſsi vita (non è contra, nec de corporali ad corporalem vitam, cum quis potius ſibi quam proximo proſpicere teneatur, vt Auguſtinus & Bonauen. *ſupra*) Caietan. Molina, & alij *proximè adducti*. Egregium prçſtitit nobis Redemptor noſter exemplum; qui pro vita noſtra ſpirituali tuenda & conſeruanda, vltrò corporalem mortem ſuſtinuit, nec dubitauit manibus ſe tradere nocentium, & crucis ſubire tormentum.

Si

Si ergo † daretur caſſus, quo certitudo ha 8
beri poſſet, proximum agreſorem ab æterna damnatione non liberari, etiam ſi agreſus nō ſe defendendo mortem vltrò ſuſtineret; non poſſet vtiq; abſq; reatu mortalis culpæ, agreſus huiuſmodi permitere ſe occidi ab agreſore; tanquam ceſſaret tunc principalis & efficiens illius charitatis cauſa; *cap. cum ceſante 60. extra de appellatio. cum vulgatis.* Si quidē perfectionis huius actus, non pro agreſoribus omnibus; ſed pro his quibus proximi agreſi mors pro futura eſt ad æternam damnationem euadendam, exerceri poteſt. Hinc
Chriſti Domini adnotanda † verba, ſic in ſu- 9
premæ noctæ cenæ prolata. *Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur, in remiſſionem peccatorum*, Matth. *c.* 26. Marc. *cap.* 14. Pro multis effundetur inquit; ergo nō pro omnibus. Effuſſus equidem pro omnibus quo ad ſufficientiam; non tamen pro omnibus quo ad efficatiam, ſed pro multis; ideſt pro iuſtis, pro electis, pro his quibus Chriſti Domini corporalis mors pro futura erat efficaciter, ad perpetuam damnationem euitandam, & ad æternam ſalutem aſequen-

dam. Nunc peccator aduertat, quod ſi ex pro
prio dolo aut culpa, ſacratiſsima Domini
noſtri paſsio & mors, illi efficaciter non pro
fecerit ad ſpiritualem vitam conſequendam;
credat ſibi, pro ſe ſacratiſsimum Chriſti ſan-
guinem effuſſum non fuiſſe. ¶ Proſequa-
mur quæſitum.

Verũ cũ charitas benè ordinata ( vt dixi-
10 mus) incipiat à ſemetipſo: † inde euenit, quod
ſi agreſus in eodẽ periculo amiſionis vitæ ſpi
ritualis exiſtat ſicut agreſſor; nõ poterit abſq;
lethali peccato, ſe permitere occidi ab agre-
ſore, vt huius ſpiritualem vitam ſaluet. Si qui
dem in pari caſſu, melior debet eſſe propria,
quam alterius extranei conditio: nam aliàs in
ſe ipſum eſſet ſumè iniurius & iniquus; imò
deſperatus, cum non ſolum vitam vltrò ami
teret, ſed & animam ad æternam damnatio-
nem perduceret. Quid enim intereſt homini
ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ au-
tem ſuæ detrimentum patiatur?

11 Ergo † adeſt certiſsima concluſio, quod
inuaſſus, poterit agreſorem non occidere, ſed
ipſe potius mortem pati, ne proximus vitam
ſpiritualem amitat. ¶ Neq; obſtat ſupra à no-

bis

bis relatum argumentum *num.* 3. Nam tunc quis neceſsitatem proximi oppreſsi defendendi tantum habet; non verò facultatem optandi, ſicuti habet quando ipſe eſt agreſus, modo prædicto.

Notandum etiam, † quod ſi inuaſor fuerit perſona talis cuius vita Reipublicæ multum intereſſet, inuaſi autem non ita; tunc duplex eſſet iuſta cauſa vt quis ne agreſorem occideret, ſe ab eo occidi pateretur. Altera, intuitu ſpiritualis vitæ agreſoris: altera intuitu boni publici, & communis populi vtilitatis. Et quod tunc teneatur huiuſmodi inuaſſus, ſub mortali peccato mortē pati, potius quam agreſorem occidere in ſui defenſionem, tenet P. Ludouicus Molina, *dict. diſput.* 14. *n.* 1. *verſ. ſecunda concluſio.* † Sed huiuſmodi ſententiā ego haud ſequerer generaliter in qualibet perſona, niſi caſſu quo ſalus totius Reipublicæ omnino ex illius vita penderet, vt in caſſu infra tradito, *lib.* 5. *q.* 2. *ad finem*, vel ſimilibus alijs. Eſſet enim liberā ac naturalē defenſionē voluntariè nimis ſubijcere, hominemq; vix ad deſperiem obligare. In perſona tamen Regis vel Principis, illam ſolem 12 13

admiterem ſententiam, quando ob eius mortem, aut bella ciuilia, aut aliæ magnæ calamitates Reipublicæ obuenirent; ſecus ſi hoc nō timeretur, diximus aliquid ſupra *hoc lib. q.* 1. *num.* 12. conſentit Molina, *dict. verſ. ſecunda concluſio in fine.*

14 Quid è † contra, ſi agreſor eſſet perſona parum vtilis Reipublicæ, agreſus autem multum proficua & neceſſaria? Eſſet enim proculdubio vitæ prodigalitas non ſe defendere etiam agreſorem occidendo, inquit Dominicus Soto, *lib.* 5. *de iuſt. & iure, q.* 1. *art.* 8. *poſt medium verſ. at qui per alterum.* Ergo eo caſſu agreſus ſub peccato mortali ſe defendere tenetur, & occidere agreſorem, ſi aliàs vitæ ſuæ conſuli non poteſt.

15 Sed obijcitur † in prædictum. Agreſor ille ex iniuſta inuaſione, exiſtit in peccato; ſed agreſus illum occidendo (cũ in peccato deſficiat) vitam illi adimit ſpiritualem, perpetuamque condemnationẽ imponit: ergo iniquum videtur, quod agreſus (etſi totius Reipublicæ ſalus ex ſua pendeat vita) ſub peccato mortali ſe defendere teneatur, occidendo etiam (ſi oporteat) inuaſorem; cum in effectu

ſit,

ſit, teneri ſub mortali, vitam agreſori ſpiritualem adimere, illumq; ad inferi pœnas damnare.

Verum ne † hæc antinomicè ſcripta permaneāt, diſtinctionis fædus occurrat. Ita. Aut ex morte agreſsi damna Reipublicæ ſpiritualia imminent; aut temporalia. Si ſpiritualia, tenetur vtique agreſus ſub peccato ſe defendere & occidere agreſorem, non obſtante circunſtantia interitus ſalutis æternæ: nam cum tunc damna eiuſdem qualitatis exiſtāt, quod minus eſt, debet maiori cedere; & in conſpectu generalis periculi, particulare reiicere tenetur; maximè cum agreſor voluntariè inuadendo, delinquat, & ſe ſpontè periculo ſubijciat. At verò, ſi temporalia ſolummodo damna timeantur; tunc agreſus non tenebitur agreſorem (obſtante huius interitu ſalutis æternæ) ſub mortali occidere; ſed ſibi liberum erit, aut mortem pati, aut inferre, ſicut in inuaſore cuiuſcunque priuati ſimpliciter procedit, *vt ſupra*, ad Molinam, *tract.* 3. *diſpu.* 13. *num.* 1. *& ſeq.* 16

Hinc † etiam infertur, idem procedere in inuaſo à Principe vel Rege, eo caſſu quo quis 17

mor-

mortem pati tenetur potiùs quam Principē occidere, vt ſupra diximus: nam ſi inuaſus hic, in mortali crimine exiſtat, ob quod æternam timeat damnationem; tenebitur ſe defendere, etiam Principem occidendo ſi aliàs non ſe poterát tueri; etiam ſi ex illius morte damna Reipublicæ ſequerentur temporalia. Si quidem plus importat cuiuſq; animæ incolumitas aut ſaluatio, quam totius Reipublicæ temporale damnum.

18 Quid † ſi ſpiritualia Reipublicæ damna timerentur an poſsit ſe permitere occidi ab inuaſoré, ne ſi hunc occidat, ſpiritualia damna Reipublicæ adueniant? Crederem, cum agreſſus in peccato exiſtat, & ſuam timeat condemnationem, quod teneretur ſe defendere: nam tunc non ſolum vitam temporalem, ſed & æternam quoq; tuetur, quod non ſolum facere licet; verum & obſtrictus eſt. Etſi enim daremus, quod inuaſſus hic, ſic ſe defendendo, & Principem occidendo, cauſa omnium damnorum Reipublicæ exiſteret, tempus maius habebit quo pœnitentiam agat, & à Deo veniam mærcri queat, quam ſi ſe occidi permitat, & per hoc ſe æternæ condemnationi

ſubij-

ſubijciat. Illud enim quod proximè diximus, damnum ſpirituale Reipublicæ antepo nendum eſſe particulari damno ſpirituali agreſoris; non videtur chriſtianè huic caſui adaptari poſſe: cum in illo, agreſus in tertiũ agreſſorem defenſionis neceſsitudinem exerceat, ne reſpublica ſpirituali damno afficiatur. Sed in hoc caſſu, eſſet quidem deſperatus, & vitę ſpiritualis ſuę ademptor iniquus, ac iniuſtus iactator, ſi ab alio agreſus permitteret ſe occidi cum in mortali eſſet peccato: quod à chriſtiana maximè abhorrere charitate iudico. † Hinc Dominicus Soto *de iuſt.* 19
*& iure, lib. 5. q. 1. art. 6. circa medium.* Non licere (ait) aut vitam ſpiritualem, hoc eſt Dei gratiam, amittere: aut minimam eius iacturam facere, pro ſalute ſpirituali totius mundi. Imò ſi caſſus per impoſsibile accidere poſſet, neque pro Sanctorum defendenda gloria.

Nec vnũ hic obliuioni tradendũ; † quod 20
etſi liceat, imò charitatis eximiæ actus ſit, *vt ſupra*; ſe pati occidi ab agreſore, ne agreſſus ſimul cum corporali vita ſpiritualem quoq; illi adimat: Tamen ſi extra mortem agreſo-

ris,

ris, poteſt agreſus ſe defendere, ad id omnino tenetur (niſi fidei aut religionis cauſa aliud expoſcat) ſub grauiſsima culpa. Aliàs
21 enim eſſet † in ſe vitæ prodigus, iniquus, iniuſtus, ac valdè ſalutis propriæ abſq; cauſa contemptor, cui Deus liberũ arbitrium non præſtitit, Ludouicus Molina, *dict. diſput.* 14. *num.* 1. *verſ. tertia conclusio, in fine*, ſentit Silueſter *d. verbo bellum* 2. *num.* 5. in illis verbis, *cum aliter euadere non poſſet*.

22 Concludamus † quæſitum adijciendo, iuſtam quoq; eſſe cauſam, eximiamq; vt quis vltrò mortem patiatur, videlicet pro corporali vita amici tuenda, aſſerunt Dominicus Soto *d. q.* 1. *art.* 6. Gregor. de Valencia, *tom.* 3. *diſp.* 3. *q.* 4. *punct.* 3. maximè *verſ. atq; iſto ſenſu*, Emanuel Sà *in ſumma* verbo *homicidium poſt nu.* 17. Cardinal. Franciſcus Toletus, *in ſumma, lib.* 5. *c.* 6. *num.* 10. aliquos tradit Fagundez, *in* 5. *præcepto decalog. lib.* 5. *c.* 12. *num.* 7. 17. & 18. ibique D. Auguſtinus, *lib. de amicitia cap.* 10. fatetur; nec ignarus Philoſophus, *ethic. cap.* 8. *Verum eſt* (inquit) *quod de probo viro dicitur, cum amicorum cauſa & patriæ multa agere, etiamſi pro ipſis mors oppetenda*: Quod apud

me-

me maximè veneratum fuit & erit tanquam per egregium amicitiæ ac ſubinde virtutis officium. Siquidem temporalis vitæ propriæ iacturam; alio maiori bono (nempe actu virtutis amicitiæ, benefaciendo amico) compenſat. At, † quod propter exercitium alicuius virtutis, certum ſit poſſe nos aliquid facere; 23
ex quo nobis mortem inferendam certò ſciamus, (vt in fæmina quæ ne violetur vltrò mortem pati poteſt, fatetur ex Nauarra, *lib. 2. de reſtit. c. 3. n.* 104. & ex alijs Fagũdez, *d. c.* 12 *n.* 23.) tenet idem Fagundez, *vbi prox: nu.* 7.

Maiorem † charitatem nemo habet; quam 24
vt animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis, aſſeruit Chriſtus Dñs ſecundum Ioannẽ *c.* 15 & nũc concinit Eccleſia noſtra. Vetus enim decantabat Prouerbium vt pro amico omnia exponerẽtur bona; cui Dñs adherens; ſuper addidit, & vitam. Inde protulit, nullã maiorem eſſe charitatem: ideſt omnino hãc tam perfectiſsimam eſſe, quantum nihil chariùs, nihil ſtimabilius, maiùs nihil inueniatur. Quare, *maiorem charitatem* intelligas, amorẽ, perilluſtræ beneuolentiè experimẽtum, egregiũ affectus ſignũ, nulla maior præcordium

demonſtratio, vt Apoſtolus Ioannes, *d.c.* 15.
25 ibi: *Maiorem dilectionem.* † Quid ſi in commune dicterium exijt, *amicus eſt alter ego?* Vt Cicero *de amicitia* profert, & tradit Caſaneus *in Catalogo gloriæ mundi, p.* 12. *conſiderat.* 53. Sic (interrogatus) reſpondit Zeno Cittienſis, ex Laertio, *lib.* 7. *c.* 1. ¶ Verũ ego ſi amicus verè amicus eſt, *non alter ego*, ſed *idem ego appellarem illum.* Huius doctrinæ inſignis præceptor extitit Alexandr. Magnus; qui cum ſuperatis Darij caſtris, in quibus omnes eius neceſſarij aderant, ad eos alloquendos aduenifſet; ſecum ad latus Epheſtionem gratiſsimum ſibi, perduxit: aduentu cuius Sirgambis Darij mater recreata, poſtrato humi capite, erecto; Perſarum more adulans, pro Rege Alexandro, Epheſtionem ſalutauit; credens ita, cum & ſtatura & forma Alexandro præſtaret. Tandem ex nutibus adſtantium intelligens errorem, ſumma adhibita trepidatione, excuſationiſq; verba quærens, ipſa denuo Alexandrũ ſalutauit. Cui Alexander, *nihil eſt* (dixit) *quod nomine hoc cõfundaris; nã hic Alexander eſt*, refert Valer. Maximus, *lib.* 4. *tit.* 7. *de amicitia c.* 459. Q. Curtius *lib.* 3. Diodorus Sicu-

Siculus *in vita Alexandri*, Plutarch. *in Alexand.* Ij veræ amicitiæ effectus, vt Platonis *in Lyſide*, probemus ſentẽtiam dicentẽ † ami 26
cos Dei ductu fieri, eo quod (vt aiunt) Deus, ſimilem ſemper ducat ad ſimilem, & notum faciat. Inde Socrates apud eundem Platonẽ, *in Lyſide*, amicum amico dictiorem eſſe præ negabat, eo quod amicorum omnia ſunt cõmunia; conducit illud Eccleſiaſt. *c. 29. Perde pecuniam propter amicum.* Terentius *in adelphis.*

*Nam vetus verbum hoc quidem eſſe*
*Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.*

Omnia? Ergo vbi amicus tua indiguerit vita; ſi amicus eſt, eam, amicitiæ iure cogente negare non poteſt. *Si neceſſe eſt* (Diuus Ambroſius *de officijs lib. 3. cap. 21.* inquit) *toleremus propter amicum etiam aſpera* & vlterius *ibidem. Iuſti enim vox eſt:* (ait) *etſi mala mihi euenerint propter amicum ſuſtineam.* Ita Sapiens *in prob. 12. Qui negligit damnum propter amicum, iuſtus eſt.* Quid? nonne Pytagoræ diſcipuli amore feruidi, vltrò mortem ſuſcepere? Caſaneus *in Cathal. gloriæ mundi, p. 12. conſider. 53.* Ser. Terentius, nonne pro amico

 peri-

perire expoſitus erat? Valerius Maximus, *lib.*
27 4. *tit.* 7. *de amicitia.* † Nonne Pylades & Oreſtes chariſsimi amici, inter ſe altercantes, alter ſe alterum fingebat, vt Pylades pro Oreſte, & Oreſtes pro Pylade occumberet? D. Ambroſius, *de officijs lib.* 1. *c.* 41. *in fine*, meminit Manilius Poeta 8. ſic.

*Idcirco nihil ex ſe met natura creauit*
*Pectore amicitiæ maius, nec rarius vnquam.*
*Vnus erat Pylades, vnus qui malet Oreſtes*
*Ipſe mori, lis vna fuit per ſæcula mortis:*
*Alter quod raperet fatum, non cederet alter.*

28 Non † ne bonũ eſſet vt Zopiri per egregiũ reticerem amicitiæ factum? Non profecto. Is namq; vltrò ſibi nares & aures præcidit. Diſſimulans itaq; quis eſſet, ad Babylonios trãſfugit, fingens ſe à Dario crudeliſsimè tractatum. Babylonij perſuaſi, comiſſerunt illi perfecturã. Ille verò nactus occaſionem, Dario ciuitatem tradidit. Poſteà Darius ſæpè numero dicere ſolebat, ſe vnũ Zopirũ integrũ malle, quã cẽtũ Babylonas capere. Etſi enim erat opulẽtiſsima ciuitas Babylõ; tamẽ vnũ amicũ, cẽtũ Babylonicos antepoſuit, tradit Plut. *in apophthegm.* per Cõrad. Lycoſthẽ. authorẽ dãnatũ *in apophth. tit. de amicorũ electione* §. 1.

Vnum

Vnum imponat † elogium Damonis & Pytiæ Pythagorei glorioſũ amicitiæ ac virtutis portẽtum. Alterum ſiquidem ex his, cũ Syracuſanus Dioniſius Siciliæ Tyrannus interficere vellet, iſq; ab eo paucos dies rerũ domeſticarũ ordinandarũ cauſa petijſſet; hac lege impetrauit: vt alter amici vas fieret, ea cõditione, ſcilicet vt ſi ad præſcriptum tempus non redijſſet, hic plecteretur. Amicus namq; cui ſecurò viuere licebat, vt amico indulgeret, caput ſuũ prædicta conditione ſubijcere nõ recuſauit. Omnes igitur, & præcipuè Dioniſius, nouæ ancipitiſq; rei exitũ ſpeculabantur. Cæterũ apropinquãte definita die, haudque illo redeunte, quiſq; tam temerariũ ſponſoris factum damnabat; ſed is de amici conſtantia nihil ſe metuere aſſerebat. Redijt autẽ alius, ad horã à Dioniſio cõſtitutã, mori mallẽs, quã amicũ fallere. Admiratus tãdẽ amborũ animũ Tyrannus, fidei ſupliciũ remiſsit; inſuperque eos rogauit, vt ſe in ſocietatem amicitiæ tertium ſodalitij gradum intima culturum beneuolentia reciperent. Tantum valet egregia virtus apud Tyrannos etiam, tradit Valer. Maximus, *libr.4. cap. 6. de ami-* 29

*citia*

*citia*, M.Tul.Cicero,*officio.lib.*3.Eraſm.*lib.*5. *apophthegmat.*Meminit Manil.Poeta dum cecinit.

*Obſtauitq; reum ſponſor non poſſe reuerti:*
*Sponſoremq; reus timuit, ne ſolueret ipſum.*

O,grande profectò amoris exemplum. Sin-
30 ceræ quidem fidei amici, † cum ij in aduerſis cognoſcantur rebus; in quibus quidquid præſtatur, totum a conſtanti beneuolentia proficiſcitur. *Fortẽ enim* (vt D.Petrus Chriſologus *ſerm.* 40) inquit *facit vis amoris, quia nihil durum, nihil amarum, nihil graue, nihil lethale, computat amor verus. Quod ferrum? Quæ vulnera? Quæ pœna? Quæ mores amorem præualent ſeparare perfectum? Amor inpenetrabilis eſt lorica, reſpuit iacula, gladios excutit, periculis inſultat, mortem ridet, ſi amor eſt, vincit omnia.* Eſt profectò eximium virtutis officiũ pro amico mori. Vltima eſt amoris demõſtratio. Amicus verus ſemper amat; ſed cum pro illo occumbit, ſpecialia tunc ſigna dilectionis oſtendit; perfectiſsimè amat, infinitè diligit. Hinc Ioannes de Chriſti erga ſuos amore alloquens, *c.* 13. *Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

# LIBER QVINTVS.

## Quæſitum I.

*Defendere proximum an quis poſsit, an verò teneatur.*

### RECOPILLATIO.

*Proximum, quilibet vt ſe ipſum diligere tenetur, num. 1.*

*Proximum quis defendere poteſt, etſi ſanguine coniunctus non ſit, nu. 2. & 3.*

*Amplia & in proximi bonis, num. 4.*

*Etiamſi Clericus ſit inuaſſor, abſq; excommunicationis pœna, nu. 5. & 6.*

*Efficietur tamen irregularis occidendo aliquẽ pro extranei defenſione, n. 6.*

*Proximum defendere nullus tenetur, de iure ciuili, poteſt tamen ſi vult extraneum defendere, n. 7.*

*Sed de iure Canonico & charitatis lege, tenetur ſub peccato, num. 8. & 9.*

*Non defendens clericum cum poſsit, an peccet vel*

vel irregularis ſiat, num. 9.

Defendere alios, aliqui tenentur, tam de iure ciuili, quam ex lege charitatis & iuſtitiæ, vt filius patrem, vir vxorem, ſocius conſocium, amicus amicum, frater fratrem, nu. 10. & 11.

Milles præpoſitum ſuum defendere tenetur, numer. 12.

Subditus tenetur Principem defendere, ac Rempublicam, ſub leſæ Maieſtatis crimine, ibi.

Vaſſallus, vel ſeruus, machinatã contra Dominum mortem, ſi ſciant & eam non reuelant, pœna mortis tenentur, num. 13.

Baldus contrarium in praxi obtinuiſſe tradit, ibidem.

Sed intelliguntur opiniones, num. 14.

Dominus tenetur ſeruum vel vaſallum ſuum defendere, & bona, etiam bellum inferendo, & hoſtes fugando, ſi fuerit neceſſum, nu. 15.

Iudex videns hominem inſultare homini, eumq; non defendens, & delicto obians, reus criminis eſt, num. 16.

Amplia etiamſi, non ex dolo, ſed ex deſidia illud facere omittat: quia negligentia in iudice,

dūo

*dolo comparatur, ibid.*

*Delicto conſenſiſſe cenſetur, quando quis (dum poteſt) illo non obiat, num. 17.*

*Negligentia prælati in obiando delicto, quia præſumitur craſſa, eſt punibilis, ibidem.*

*Diferentia eorum qui defendere tenentur ex lege iuſtitiæ, & de iure ciuili, & eorum qui ex lege tantum charitatis, num. 18.*

*Quo vſq; ſe exponere periculo teneantur, pro defenſione proximi, ij qui illum defendere tenentur, & qua cum bonorum iactura, nu. 19. & 20.*

CVm proximum, quilibet † velut ſe diligere teneatur, diuino iuris præcepto dicente; *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum*: hinc eſt, vt defenſio quæ pro illo fit, charitatis intuitu, propriæ defenſionis vicem obtineat. Ne hoc intelligeres vellem, ſolum quo ad proximos cognatione, vt filios, parentes, vxorem, fratres, &c. Sed etiam quo ad prorſus extraneos nulla cognatione coniunctos: nam fratrem fratrem defendere, & patrem filios, quid mirum; cum bruta quoq; animalia iuris iſtius experta ſint. 1

2 Igitur † quilibet iniuſtum inuaſorem licitè offendere poterit (moderaminibus hactenus in defenſione adhibitis) non ſolum pro cuiuſque ſanguine coniuncti defenſione; ſed & pro cuiuslibet extranei, *cap. dilecto in fine, de ſententia excommunin6*. per Iaſſonem *conſ.* 86. *num*.2. *vol*. 2. adducens illud Ciceronis, *Qui nõ defendit hominem ab iniuria, cum poſſit, tam eſt in vitio, quam ſi patriam, & parentes, deſerat*. Tenet in propinquo ex communi opinione Thomas Gramat. *conſ*.68. *nu*.4. per Iulium Clarum, adductus, *in §. homicidium num*.22. vbi quendam Antonium Perſicum interfectorem, pro auxiliando fratre, abſolutum fuiſſe refert 24. *Nouembr*. 1547. *P.N*. Alex.*conſ*.119.*nu*.10.*lib*.7. Angel. Aretin.*tract.de maleficijs* verbo, *& dictus Titius ſe defendendo num*. 4. & ibi Ariminenſ.*in additio*.inde Ariſtot. *lib*.4.*ethic.c*.5. *Quin etiam* (inquit) *contumelias & conuitia æquo animo ferre, & in propinquis negligere, ſeruile eſt*. Et in † extraneo, Bart.*in l.ſi quis in ſeruitute nu*.
3 3.*ff.de furtis*, & ex Alexandro, refert Clarus, *dict.§.homicidium, poſt nu*.22. concluſionem hanc ab omnibus Doctoribus aprobatam eſſe.

eſſe. Et in vtroq; caſſu, tenet Decius, *in l. vt vim,ff.de iuſt.* & *iure,num.*32.poſt Bartolum *ibidem num.* 7. Siluester *in ſumma* verbo *bellum* 2.*num.*8. Petrus a Plaça *de delictis, lib.*1. *c.*28.*num.*28.*verſ.rurſus*,Nicolaus Intriglio lus, *conſ.*15. *num.*16.& 18. Angel.Aretin.*d. tract.*& *verbo,num.*30.31.32.33.& *num.*34 ibiq; Auguſtinus Ariminenſ.*in additio.* & *ſupra in prin.gloſæ num.*5. Bald.*in d.l.vt vim n.* 4.5.6. & 7. Philipus Decius *conſ.* 469. *incip. viſa inquiſitione num.*1.& 2.Leonardus Leſius, *tract.de iuſt.*& *iure, lib.*2.*c.*9.*dub.*13.*nu.* 87.P Ludouicus Molina , *tract.*3. *de iuſt.* & *iure,diſput.*18.*n.*1.*tom.*4.ex Antonio Gomez *var.reſol.c.*3.*num.*21.*tom.*3.& alijs, vbi † cõ 4
cluſionem in proximi bonis defendẽdis ampliãs, id licere ait, etſi proximus abſens ſit; quia ex illius præſumpta voluntate factum creditur.Quin imò(in caſſu defenſionis perſonæ)cum agreſor occidere tentans, Reipublicæ iniuriam faciat;eam quilibet de populo propulſare poterit, etiam offenſo contradicente,Iaſſ.*in d.l.vt vim n.*29. quæ concluſio procedit , † etiam ſi inuaſor clericus exi- 5
ſtat,nec percuſor ſententiam excommunica-

tionis incurret, vt ex communi & veriori opinione, tenet Panormit. *in c. ſi verò el primero, extra de ſententia excommunicatio. poſt nu.* 11. *verſ. ſed dubium eſt*, Intrigliol. *vbi prox. num.* 19. ex Circhou. *comun. opin. cent.* 2. *lit. B. concluſ.* 64. Silueſter *in ſumma* verbo *excommunicatio* 6. *num.* 6. *verſ. nonò in eo, & d.* verbo *bellum* 2. *num.* 8. Efficietur † tamen quis
6 irregularis occidendo aliquem pro extranei defenſione, ſecundum Abbatem *d. num.* 11. *in fine*, gloſ. *penult. in clement.* 1. *de homicidio*, Silueſter *vbi prox. poſt dict. verſ. nonò, & dict.* verbo *bellum* 2. *num.* 8. & ex Villalob. *comun. opin. lit. O. ſub num.* 21. Intrigliol. *dict. conſ.* 15. *numer.* 17. Quam extranei defenſionem ſuſcipere licet, pro rerum tutamine vt proxime dicebamus, Leſius *dict. c.* 9. *d. dub.* 11. *nu.* 66. ita ex *l. ſi quis in ſeruitute* 7. *ff. de furtis*, tenet *ibidem* Bart. *num.* 3. Decius *vbi ſupra*, Abbas *vbi proxim. dict. numer.* 11. Qui nec clericum hac ocaſione percutiendo, excommunicationem incurri, ait, tenet Silueſter, *dict. verbo excommunicatio* 6. *poſt verſic. nonò in eo.*

Hæc, vt quis proximum ſpontè defendere

re

re poſsit. Quid vlterius; † an teneatur ad hoc 7
præciſsè? Paulatim percurramus. De iure ciuili, licet poſsit, non tamen tenetur quis proximum adiuuare ſeu defendere, vt eſt communis Doctorum ſententia per Plaçam *in epitom. delictor. cap. 28. num. 29. lib. 1.* (licet contrarium magis fauere veritati, aſſerat Carrer. *in pract. crimin. tit. de homicidio, §. 4. num. 19. & §. 6. numer. 63.* per text. à contrario ſenſu, *in l. culpa caret, ff. de regul. iuris*, cum alijs quos dictus Plaça adducit) Philipus Decius, per Bartolum communiter receptum *in d. l. vt vim num. 33. & 34.* Nicolaus Boer. *deciſ. 83. n. 6.* Bernard. Diaz *reg.* 125. verbo *defendere in tom. 1. regularum iuris vtriuſq;* per *l. metum etiam §. licet, ff. de eo quod metus cauſa.* De † iure autem Canoni- 8
co, charitatis lege, quis tenetur extraneum defendere & adiuuare, ſi comodè poteſt (ideſt ſine ipſius periculo, *vt infra*) *can. non inferenda, can. qui poteſt 23. quæſt. 3. can. error 83. diſtin.* per Silueſtrum *in ſumma dict.* verbo *bellum 2. nu. 8. c. dilecto filio in fine*, vbi etiam gloſa, *verbo vicino, de ſententia excommun. in 6.* Plaça *vbi ſupra dict. num. 39. & poſt nu. 31.*

Boe-

Boerius *d.deciſ.*83.*nu.*7.meminit Iaſſ.*d.conſ.*
9 86.*num.* 2. *ad finem* : † aliàs proximum non defendens(& res ſuas)peccat mortaliter cõtra charitatem, Leonard. Leſius *dict. lib.*2.*de iuſt.c.*9.*dubit.*13.*num.*93. Boer.*d.deciſ.*83.*nu.* 7. P. Ludouicus Molina, *d.tract.*3.*diſput.*18. *n.*2. Et an ſi clericus offenſam violentiamve patiens, nec defendatur ab aliquo, cum poſſit;is in excommunicationis ſententiam incidat, peccetve, aut irregularitatem incurrat; conſule præter gloſam,*in c.quantæ de ſententia excommun.* Plaçam *d. c.*28.*num.*23. Felinum *in c.*1. *num.*3.*de officio & poteſt.iud. deleg.* Iaſonem *in d.l. vt vim n.*33.

10 Sunt † tamen aliqui, qui,præter charitatis legem,de iure etiam ciuili,& ex iuſtitiæ lege defendere tenentur;cuiuſmodi filius,qui patrem defendere obſtrictus eſt, vt ex multis, Boerius,*d.deciſ.*83.*num.*6.*verſ.& idem*;aliàs pœna afficiẽdus veniet filius, patris defenſionem negligens,ita *ex l.vtrum, ff. ad leg. pompei.de parricid.* & alijs Plaça *d.lib.*1.*cap.*28.*n.*
11 22.¶ Itidem † vir,vxorem ſuã defendere debet,*ex l.*2.vbi Bar.& Doctores, *ff.de iniurijs*, Boer. *vbi proximè.* ¶ Socius, conſociũ itineris

ris aut habitationis, Plaça *d. cap.* 28. *num.* 28. Boer. *dict. deciſ.* 83. *num.* 6. *ad finem*; quia ſocietas vicem fraternitatis obtinet, *l. verum, ff. pro ſocio*, Alber. *in l.* 1. *C. vnde vi* verbo *ad defendendum, verſ. ſed nunquid ſocius*, per Decium *conſ.* 469. *nu.* 3. ¶ Amicus, amicum maxima amicitia coniunctum, defendere tenetur, (& de foro noſtri Regni, amicus, conſanguineo æquiparatur, *forus vnicus, in fine, tit. de his qui procurant mortem*) Plaça *vbi prox. n.* 22. varia amicitiæ encomia adferẽs. ¶ Frater, fratrem ad necem vſq; ex Gadin. *in tit. de defenſ. reo facta*, Plaça *d. c.* 28. *nu.* 25. ¶ Subditus, Dominum ſuum, *can. de forma* 22. *q.* 5. Bar. *in d. l. vtrum, & in d. l. vt vim*, cum alijs per Boerium *d. deciſ.* 83. *num.* 6. Felinus *in c. quantæ extra de ſententia excommun. num.* 4. *limit.* 2. † ¶ Milles, præpoſitũ ſuum, *l. deſertorem* 3. *in fine*, ibi: *Qui præpoſitum ſuum protegere noluerunt, occiſſo eo capite puniuntur, ff. de re militari*, & in vaſallo, quo ad Dominum ſuum, etiam cum ſui corporis ac vitæ periculo, Plaça *d. n.* 25. *verſ. cæterum ancipiti*. ¶ Subditi enim, rationali quidem lege, imò iure omni, Principis ac patriæ proprij defenſioni 12

aſtri-

aſtrictos eſſe decet, & proinde obiare modis omnibus delicto tenentur, ni in læſe Maieſtatis crimen incidere cupiant, ad Plaçam *d. cap.* 28. *nu.* 30. videndus Bartol. *in d.l. vtrum,*
13 *ff. ad leg. pompeiam de parricid. n.* 3. Vbi, † ſerui ac vaſalli, mortem, contra ipſorum Dominos machinatam, ſcientes, nec reuelantes; ex ſola hac ſciētia (& ſuo modo ex quadā defenſionis omiſsione) pœna mortis teneri inquit. Quod idem procedere ait, cōtra eum qui de ſuæ ciuitatis turbatione conſcius, vel de comiſſo alio in ciuitatem ſuam vel Principem, declarare recuſat & omittit; ſequitur Abbas Panormit. *in cap.* 1. *de reſtit, ſpoliat: num.* 9. vbi regulam prędictam Bartoli ampliat. Sed Bal. *in quodam ſuo conſilio,* incip. *quamquam multa dicta ſint,* apud Florentiam de Do. Donato de Barbadoris, contrarium ſcripſit & obtinuit. Vnde nimis licentiosè, & minus chriſtianè, aſſeruit Bartoli animam ex illo dicto ſuo, in inferno ſepultam eſſe; aſſeſſoreſque illum ſequtos, crutiari in infernis; conuenit Salicetus, *in l. plura, C. de raptu virginum* inquiens, officiales Bartolum ſequentes, proprias animas occidere: refert Felinus *in dict.*

*cap.*

*cap. quantæ, de ſententia excommun. num. 4.* & additio ad Bartol. *dict. l. vtrum lit. B.* Diſplicet Arimineſi, *vbi infra allegando*, imò non credit, Baldum Florentiæ, contra Bartoli ſententiam obtinuiſſe. † Ego tamen 14
cum Panormitano, temperarem has opiniones: vt mortis pœna locum habeat contra non reuelantem delictum patrandum, quando maleficium ſequutum eſt: & quando machinatio eſt contra Principem, etiamſi maleficium effectum non fuiſſet ſortitum, nec executioni mandatum; nam ſceleris huius exorbitantia, id mæretur, & iura ita voluerunt, ſic Auguſt. Ariminenſ. *ad Angelum de maleſſicijs* verbo, *& hai tradito la tua patria, in gloſ. ſub numer.* 11. vbi, iudice ſe exiſtente in quadam cauſa, potentem quendam Dominum, conſpirationem contra ſuum Principem reuelare omitentem, Decapitare feciſſe inquit. ¶ Proſequamur tamen.

Nec † minus Dominus, ſeruum vel vaſſal- 15
lum ſuum defendere tenetur, Felinus *in dict. cap. quantæ, numer. 4. limit. 1. & in capit. 1. de officio & poteſt. iudi. deleg. poteſt. numer.* 4.

tradit Decius ( vt communiter ab omnibus receptum) *conſ. 469. num. 4. part. 2.* Et in Principe, qui, dignitatis ac officij obligatione, ex *can. Regum officium 23. q. 5.* vaſallos defendere tenetur, bellum inferre, hoſteſq; fugare ſiue occidere, ſi ad ſuorum ſubditorum bonorum externorum defenſionem, id fuerit neceſſarium, firmat P. Ludouicus Molina, *trac.*
16 *3. de iuſt. & iure, diſput. 18. num. 5.* Et in † iudice, qui cũ hominẽ homini inſultare viderit, delicto obiare aſtringatur, ſub rei criminis pœna, aſſeruit Bal. *in l. 1. § quies num. 3. ff. de offi. præfec. vrbis & in l. nullus poſt nu. 2. verſ. item eſt, & ibi* additio, *C. de ſumma Trinitate*, notat Felinus *in dict. cap. quanta n. 2.* & melius *in cap. 1. de officio delegati num. 4. verſic. fallit primò*; qui non ſolum tenetur, ſi conſulto ac ex dolo delicto obiare deſinat; verum etiam ſi id ſolummodo ex deſidia aut negligentia proueniat, gloſſa *in dict. cap quanta, de ſententia excommunic.* verbo *interpretamur*: nam tunc iudicis negligentia, dolo comparatur per *cap. ab eo*, vbi gloſ. finalis, *de appellatio in 6.* cum alijs, Petrus Nuñez de Auendaño, *in tract. de exequend. mandatis part. 1. cap.*

22.

*22. num. 1.* † Conſenſiſſe enim cenſetur delicto, quando quis huic comodè obiare poterat, & id facere negligit, *can. conſentire* 83. *diſtinct. can. qui poteſt*, ibi: *Nec caret ſcrupulo ſocietatis ocultæ, qui manifeſto facinori deſinit obiare*, 23. *quæſt.* 3. & iiſdem verbis *can. error* 83. *diſtinct.* Felinus *in dict. cap. quanta num.* 3. & gloſa *etiam dict. cap.* Et in Prælato, negligentia obiandi delicto, præſumitur craſa, & ideo punibilis, *can. quidquid inuiſibilis* 1. *quæſt.* 1. tradit gloſa *in cap.* 1. verbo *pari pœna, extra de offic. iud. deleg.* Anchar. *in cap. clerici, de inmunit. Eccleſiarum.* 17

Sed † inter eos qui proximos defendere tenentur de iure ciuili, ac ex lege iuſtitiæ: (vt proxime enarrati ſunt) & inter eos qui ex lege ſolum charitatis ad id ſunt aſtricti, longa differentia adeſt. Nam illi, vltra quod peccant contra iuſtitiam ac legis obligationem; damnum, ſi quod ex defenſionis omiſſione ſecutum fuerit, reſtituere tenentur. Ij autem, ſecus: nam ſolum contrà charitatem peccant, & nullo alio obligationis nexu aſtringuntur, ſic Leonard. Leſius, *trac. de iuſt. & iure, lib. 2. c. 9. dubit. 13. num. 93.* 18

 Tan-

19 Tandem, † quouſque ſe periculo exponere quis debeat pro ſui proximi defenſione, vel qua cum bonorum ſuorum iactura? Videas P. Ludouicum Molinam, *dict. tract.* 3. *de iuſt. & iure, diſput.* 18. *poſt num.* 6. *verſ. quod ſi quæras tom.* 4. & Leſium *vbi proxim. dict. du-*
20 *bit.* 13. *à num.* 90. Differentiam † tamen conſtituendam eſſe, inter eos qui ex lege iuſtitiæ, & eos qui ſolum ex lege charitatis defendere tenentur, non ambigo. Cum illi maiori aſtringantur obligatione; quia duplici lege tenentur, nempe charitatis, & iuſtitiæ; & ſub maiori pœna. Ij verò, non adeò obligantur, cum ſolum charitatis lege aſtricti ſint. Et proinde, maiori periculo ſe exponere debent, & cum maiori bonorum iactura, vni quam alij. De hoc, idem Pater Molina, *tract.* 2. *de iuſt. & iure, diſput.* 73.

Quæſi-

# Quæſitum II.

*Pro patriæ defenſione, an ſe ipſum occidere liceat.*

## RECOPILLATIO.

*Patriæ amor magnus ſemper apud omnes fuit, num.* 1.

*Patriam amantes, eam defendere totis viribus tenentur, n.* 2.

*Patria eſt nobis, velut alter Deus, num.* 3.

*Pro patria, ſi neceſſe fuerit, mortem pati tenemur, ibid. & num.* 4.

*Erga patriam, fidelitatis exempla traduntur, n.* 5. 6. & 7.

*Pro patriam mortem nobis inferre aut mutilare, an liceat, num.* 8. & 10.

*Patriam tueri, ſumma eſt iuſtitia, lexq; virtutis, n.* 9.

*Quæſitum intelligitur, num.* 10.

*Nullus eſt ſui Dominus, nec vitæ ſuæ poteſtatem habet, nu.* 11.

*Oc-*

*Occidens ſe quacunq; ex cauſa (ſecluſa Dei reuelatione, aut voluntate) mortaliter peccat contra quintum præceptum, n. 10. & 12*

*Saulis mors proprijs manibus illata; condemnata eſt, num. 13.*

*Mortem ſibi inferre (etiam ſuperioris præcepto interueniente) nullus poteſt abſq; mortali culpa, nu. 14.*

*Mortem ſibi inferre, & ſi nullus directò poſſit: ex iuſta tamen aliqua cauſa, poterit ſe mortis periculo exponere; veluti vt publicum caueat damnum; vt ciuitatem obſeſſam liberet. Et tunc non ſolum poteſt, verum & tenetur, & quare, num. 15. 16. 17. & 18.*

TAm arctiſsimis affectus vinculis, tã enarrabili amoris encomio, tam exhuberanti fidelitatis demonſtratione, ac tandem, ea
1 anxietate † patriæ incolumitatem varios sæpè ſæpius adfectaſſe conſpeximus; vt certò adſeuerari poſsit, vitam propriam, amorem ſui, parentum, filiorum, cæterorumq; ſuprema charitate dilectorum, tranquilitati patriç poſtpoſuiſſe. Quid mirum ſi illius Fauoniũ,

co

eo valore nos moueat, vt nec noſtri quidem memores eſſe ſinat? Vnde Ouid. 1. *de Pont.* cecinit.

*Rurſus amor patriæ ratione valentior omni*
*Quod tua fecerunt ſcripta, retexit opus.*
*Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos*
*Duces, & immemores non ſinit eſſe ſui.*

Et ſimiliter ponderat Homer. 1. *Odyſſ.*

*Sanè nihil dulcius ſua patria, neq; parentibu*
*Eſt, quamuis quis procul diuitem domum*
*Terra in aliena habitet procul à parentibus.*

Hinc Caſiodorus, *var. epiſtol. lib. 1. c. 20.* Vnicuiq; (inquit) ſua patria charior eſt, dum ſupra omnia ſaluum fore quæritur, vbi ab ipſis cunabulis commoratur. Feris datum eſt, agros, ſiluaſq; quærere, hominibus autem, fores patrias ſuper cuncta diligere. Aues ipſæ per aera vagantes, proprios nidos amant: erratiles feræ cubilia dumoſa feſtinant: voluptioſsi piſces, cauernas ſuas perquirunt: cunctaq; animalia ibi ſe norunt refugere, vbi longiſsima cupiunt ætate conſtare. Hæc Caſiodorus. † ¶ Hinc neceſſariò prouenit, 2
patriæ quietem adauentes, viribus omnibus, totoq; nixu, illam defendere ac conſeruare teneri. Euripid.

Con-

*Conuenit omne ratione & arte*
*Amantes patriam ſalutem eius moliri.*

Verum cum patria ipſa, præter amoris, alio etiam obligationis vinculo nos aſtringat,
3 quia velut alter † quidam Deus nobis eſt, & primus maximuſque parens, vt ex Hierocle proſequitur Stob. *ſerm.* 37. propterea, non ſolum pro patria pugnandum, vt Homer.

*Vnum augurium optimum pugnandum*
*eſſe pro patria.*

Verum & mortem ſuſcipere neceſſe eſt. Inde Horatius *in oda* 2. *lib.* 3. ad amicos.

*Dulcem & decorum eſt pro patria mori.*

4 Pauli † Emyl. ſententia, *lib.* 4. neceſsitudinem patriæ conſeruandæ exagerans; hæc fuit, *Quam à patria mutuatus es vitam, etiam illi repoſcenti iure optimo, redde,* Iuſtinus *hiſtor. lib.* 18. *Patria, etiã ipſa vita, ſi res exigat, debetur.* Æquæ enim virtutis eſt (Valerio Maximo dicente) & bona patriæ auxiſſe, & eius mala in ſe transferre voluiſſe. Quare M. Tul. Cicero, *lib. de Som. Scipio.* ita protulit. Omnibus qui patriam conſeruarint, adiuuerint, auxerint, certus eſt in cœlo & definitus locus, vbi beati æuo ſempiterno fruentur. Hierocles,

cles, *in ſerm. quales in patriam eſſe debeamus,* dicebat: At qui patriam ſibi ipſi præponit, is & Dijs charus eſt, & mente prudens. Sicut itaq; patriæ proferre, & honorabile & neceſſarium eſt; ita ſimiliter, neque piè, neque honeſtè agunt, qui patriam Tyrannide armata preſſam negligunt, ſuæ tantum vitæ ac ſalutis rationem ducentes; ita Plutarch. *in Pelopida.* Quin immo (vt cum Hierocle alloquar) qui ſe ipſum præ patria ſeruare vult, tum iniuſtè facit, tum ſtolidus eſt, inſuper impoſsibilia deſiderans. Nam vt aiebat Cicero, *libr.* 1. *de orat.* cum ſint omnia comoda à patria accepta, nullum incomodum pro patria graue putandum eſt. Cha[illegible]n ſunt liberi (dicebat) propinqui, fa[illegible]: ſed omnes omnium charitates patr[illegible] complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? Hinc Dion. dilecto ſuo alloquens, *libr.* 36. hæc edixit verba. *Tu mihi patriæque concede, cui & natus es, & educatus, teque eius commodis inſeruire oportet, eorum cauſa nullos labores, nulla pericla ſubterfugere; ſed etiam ſi res ita ferat, vt moriendum pro ea tibi ſit,*

*quouis mortis genere fatum anteuertere.* O, magne profectò patriæ pater; ò quietis Reipublicæ integerrime propugnator; ò ſcholæ gratitudinis liberaliſsime profeſſor, qui patriæ amore bachatus, inter tot ac tantos, velut lenta ſolent inter viburna cupreſsi, extollis mehercle caput!

5 Sed † tamen, erga patriam fidelitatem nũc comprobemus exemplis. Videamus quo modo naturalis filiorum amor, inferiorem patriæ locum obtinuit, vt cum illius magnitudinem cognoſcamus, per docti; huic, præciſſum omnibus ſuadeamus nexũ. ¶ Anonyma, Lacæna quædam, cum filium in prælium miſsiſſet, & interfectum audiuiſſet: Id circo inquit, genueram, vt eſſet qui pro patria morte non dubitaret occumbere. ¶ Alia etiã Lacæna, quinque quos habebat filios in bellum emiſſos, ante ſub vrbium ſpectans ſtabat, quid belli exitus eſſet. Vt ergo quiſpiam acceſsit nuntians omnes illius filios occubuiſſe: non iſtud percontabar ignauum mancipium, ſed quid ageret patria? Is cum reſpondiſſet, à patria ſtetiſſe victoriam: libenter igitur (aſſeruit) accipio filiorum interitum. O mu-

mu-

mulier certè egregia, quæ priuatum in liberos affectũ, publicæ in patriam pietati poſthabuit, ita Pluthar. *Lacon.* ¶ Maiora vitam ſpernentium, pro patriæ ſalute adferamus facinora. Aælio Prætori totius amoris laus tribuatur: cui ius dicenti, cum in capite picus conſediſſet, aruſpexq; affirmaſſet, conſeruato eo fore domus ipſius ſtatum fælicißimũ, Reipublicæ miſerrimum, occiſſo, in contrarium vtrunq; ceſſurum, eueſtigio picum morſu ſuo in conſpectu ſenatus necauit: decem & ſeptem milites ſuæ familiæ, eximiæ fortitudinis viros cannenſi prȩlio amiſsit reſpub. procedente tempore ad ſumum imperij faſtigium exceſsit, ita Valer. Maximus, *lib. 5. de pietat. erga patriam c.* 552. tradit Fronto. *c.* 5. & Plin. *lib.* 10. *c.* 18. ¶ Nec † minor fidelitas 6
ergaq; patriam gratitudo, Genitio Cippo Prætori Paludato adſiſtit. Egredienti enim ciuitatis portam, (noui certè & inauditi generis prodigium) in capite eius veluti cornua ſubitò emerſerunt: cui Regem eum fore, ſi in Vrbem reuertiſſet, reſponſum eſt. Quod ne accideret, neq; patriæ libertas in ipſum tranſiret, magni illius ſtatum pendens;

 vo-

voluntarium ac perpetuum ſibi met induxit exilium. Valer. Maximus, *lib. 5. cap.* 551. refert & Ouid. *lib.* 15. *metamorphoſ.* ¶ Memoriæ quoq; digniſsimum, & ad cœlos vſque euehendum, portentoſſum erga patriam factum, Codri Athenienſium Regis: ſic actum. Simultatum veteres offenſæ, inter Athenienſes & Dorienſes erant, quas vindicaturi bello Dorienſes, de euentu belli Apollinis Delphici oraculum conſuluere. Reſponſum, ſuperiores fore, ni Regem Athenienſium occidiſſent. Cùm ventum eſſet in prælium, militibus ante omnia, cuſtodia Regis præcipitur, edictumq; ne quis Codri corpus vulneraret. Id poſtquam cognouit, Dei reſponſo, ac præceptis hoſtium compertis, permutato Regis habitu, pannoſus ſarmenta collo gerens, caſtra hoſtium ingreditur: ibi in turba exiſtentium globo ſe ſe obiecto, à milite quem falce actu vulnerauerat, interficitur. Cognito Regis corpore, Dorienſes ſine prælio diſcedunt: atq; ita Athenienſes virtute Ducis, pro ſalute patriæ mortis ſe offerentis, bello liberantur. Poſt Codrum nemo Athenis regnauit: quod memoriæ nominis eius

tri-

tributum eſt; tradit præter Herodot. Iuſtin. *hiſtor. extern. lib.* 2. Valer. Maximus, *lib.* 5. *tit. de pietate erga patriam.* ¶ Nec † Themiſtoclis præclarum exemplum reticeam. Is enim vt ſe à patriç oppugnatione abſtineret, ad quod imperio cogebatur, inſtituto ſacrificio, exceptum patera tauri ſanguinem hauſit, ac ante ipſam aram, quaſi quædam pietatis clara victima cõcidit. Tradit præter Plutarc. Probum, Thucy. Suidam, Valerius Maximus, *d. lib.* 5. ¶ Pateat cunctis vnica amoris patriæ gemma, ægregium dilectionis obſequium; periluſtre Philenorum relatum à Valerio factum: quod illius verbis exarare opere pretium duxi, ne alijs vtens, illorum emphaſim euertam. Hoc eſt. Cum inter Cartaginem, & Cyrenas de margine agri pertinaciſsima contentio eſſet: ad vltimum placuit vtrinque eodem tempore iuuenes mitti, & locum in quem ij conueniſſent, finem ambobus haberi populis. Verùm hoc pactum duo fratres Cartaginenſes nomine Phileni, perfidia præcurrere, citra conſtitutam horam maturato greſſu in longiùs promotis terminis. Quod cum intexiſſent Cirenẽſium iuuenes, 7

diu

dio de fallatio eorum quæſti;poſtremo acerbitate conditionis iniuriam diſcutere conati ſunt. Dixerunt namque, ſic eum finem ratum fore, ſi Phileni viuos ſe ibi obrui paſsi eſſent. Sed conſilio euentus non reſpondit: illi enim nulla interpoſita mora, corpora ſua his terra operienda traddiderunt. Qui quoniam patrię quam vitæ ſuæ longiores terminos eſſe maluerunt; benè iacent, manibus & oſsibus ſuis Punico dilatato imperio. Vbi ſunt ſuperbæ cartaginis alta menia? Vbi maritima gloria inclyti portus? Vbi cunctis litoribus terribilis claſsis? Vbi tot exercitus? Vbi tantus equitatus? Vbi inmenſo Aphricæ ſpatio non contenti ſpiritus? Omnia iſta duobus Scipionibus fortuna partita eſt. At Philenorum egregij facti memoriam, ne patriæ quidem interitus extinxit. Nihil eſt igitur excepta virtute, quod mortali animo ac manu inmortale quæri poſsit. Huius præclari facinoris meminerunt, Saluſt. *in iugurt.* Solin. *cap.* 30. Pompon. Mela, *lib.* 1. *c.* 7. Plin. *lib.* 5. *cap.* 4.

8 Quibus † perpenſis, alijſque conſideratis, patriæ vinculum eo nos vſq; conſtringit, vt

pro

pro illius conſeruatione ac defenſione, ſi opus fuerit, mortē nobis inferre teneamur. Et quod ob ſalutem Reipublicæ, poſsit quis ſibi preſcindere nares, aures, & labia, vt Zopyrus fecit, de quo Herodot.*lib.*4. tradit P. Leonardus Leſius, *tract.de iuſt.* & *iure, lib.*2.*c.*9. *dub.*14 *poſt num.*101. *verſ. imò valde.* Inde 1. *Machab. c.*6. *verſ.* 42. ob egregium factum (traditum etiam à Ioſepho, *de bello Iudaico, lib.*1.*cap.*1. & *antiquit.lib.*12.*cap.*14.) laudatur à ſcriptura Eleazarus, quòd ſe, vt populum ſuum liberaret, morti dediſſet, ibi: *Et vidit Eleazarus filius Saura, vnam de beſtÿs loricatam loricis Regis, & erat eminens ſuper cæteras beſtias, & viſſum eſt ei quod in ea eſſet Rex: & dedit ſe vt liberaret populum ſuum, & acquireret ſibi nomen æternum. Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis interficiens à dextris & à ſiniſtris, & cadebant ab eo huc atq; illuc. Et iuit ſub pedes elephantis, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic.* Quem etiam laudat valde D. Ambroſius 1.*offic.c.*40. ¶ Salus enim populi, ſuprema lex eſto. Igitur illius (pereuntis) defenſio, ſuprema quoq; neceſsi-

9 ceſsitudo. † Patriam tueri, ſumma eſt iuſtitia, lexq; virtutis, *ſupra in prin.* ex D. Ambroſio *lib.* 1. *de officijs, can. fortitudo, can. non inferenda* 23. *q* 3. pro eaq; mortem qui ſuſtinet, à Chriſto Domino cœleſte præmium conſequetur, (ſic *can. omni* 23. *q*. 8.) præter in hoc mundo acquiſitam cum honore famam ſempiternam. Longo enim æuo, in perpetuumq; viuere dicuntur, qui pro patriæ ſalute defecere, ad §. *filij autem inſtit. de excuſatio. tutor.*

10 Sed † tamen prædictorum intelligentia, & quæſiti noſtri reſolutio, & ſequentibus intuenti patefiet. Etſi de iure ciuili dici poſſit, quenquam pro patriæ ſalute ſe occidere poſſe, ſuoq; modo ad id teneri: de iure tamen Canonico, & in conſcientia ſecus eſt. Nam nullus poteſt ſe ipſum quacunque ex cauſa occidere, niſi is cui hoc Deus reuelet P. Paulus Layman, Societatis Ieſſu, *tract. de theologia moral. lib.* 3. *de iuſt. & iure, ſectio.* 5. *tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. ex D. Thom. 2. 2. *q*. 64. *art.* 5. & Concil. Bracar. 1. *can.* 34. & alijs P. Ludouicus Molina, *tract.* 3. *de iuſt. & iure, diſput.* 9. *num.* 2. *tom.* 4. D. Auguſt. *lib.* 1. *de ciuit. Dei* latè *à cap.* 16. *vſque ad* 28. Et *hæreſi* 69.

contra

*contra Donatiſtas Circumcelliones*, Petrus Ce nedo, plures congerit, *in Colectan. ad decretum cap. 29. num. 4.* Leonard Leſius *dict. tract. de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 9. dub. 6. num. 20.* notat Dominicus Soto, *eodem tract. lib. 5. q. 1. artic. 6. ad primum*, & eſt communis Doctorum ſententia. Tunc ſiquidem Dei reuelatio ne aſiſtente, licitum eſſe ſibi mortem inferre, proculdubio eſt; vt fertur de Sanſone, Iudic. *cap. 16. verſ. 26.* quod ab eo factum eſſe, inſtinctu ac Dei voluntate, tradit ex D. Auguſt. *de ciuit. Dei cap. 21. & lib. 2. contra Gaudent. cap. 23.* & cum eo D. Thom. 2. 2. *dict. q. 64. artic. 5. ad 4.* & communiter Doctores P. Molina, *vbi prox. num. 4.* Nullus † enim Do- 11
minus ſui ipſius eſt, nec vitæ ſuæ poteſtatem habet, ſed Deus, Layman *vbi ſupra d. p. 3 c. 1. n. 1.* Igitur cum ipſe Deus tantum, Dominus ſit vitę, ipſe quoq; ſolum, illius poteſtatem habebit, Sapient. *c. 16. verſ. 13. Tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem.* Deuter. *c. 32. verſ. 39. Ego ſum ſolus Deus, & non eſt alius præter me: ego occidam, & ego viuere faciã.* Huc illud Pytagorę ſpiritu cœleſte prolatum, *Sicut militi non licet ſine iuſſu Impera-*

*toris à ſua ſtatione diſcedere, ita nec licet homini ab hac vita diſcedere ſine Dei voluntate*; refert M. Tul. Cicero, Tuſcul. *quæſt.* 1. & 5. & *in lib. de Som. Scipio.* videndus Simanchas, *de*
12 *cathol. inſtit. tit.* 18. *à num.* 26. † Quiſquis ergo ſecluſa Dei reuelatione, manifeſtiſsimoq; illius inſtinctu, quacunq; ſe ex cauſa occiderit, mortaliter contra quintum decalogi præceptum peccabit, *can. ſi non licet* 23. *q.* 5. vt ex D. Auguſt. *de ciuit. Dei, lib.* 1. *à cap.* 17. *vſq; ad cap.* 26. *incluſiuè*, tradit P. Molina, *dict. diſp.* 9 *num.* 2 *veſ. cum autem Deus*, & vltra peccatum contra ſui charitatem, iniuriam Deo faciet, ex D. Auguſt. *c.* 20. & D. Thom. *vbi ſup.* Layman *dict. num.* 1. & communiter Doctores; ob quod Eccleſiaſticæ ſepulturæ indign⁹ creditur, Layman, *dict. c.* 1. *num.* 8. *can. quibus* 13. *q.* 2. notandus tex. *in can. placuit* 23. *q.* 5. *Placuit, vt qui ſibi ipſis voluntariè violentam inferunt mortem, per venenum, præcipitium, ſuſpendium, vel quolibet modo inferunt mortem, nulla prorſus pro illis in oblatione commemoratio fiat; neq; cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadauera deducantur.* Proferat Ariſtot. & Plato, lumine ſolum rationis perfulgentes;

tes;ille,*lib.3.ethic.c.7.ad finem, & lib.5. c.vltimo in prin.* Hic, *in Phædone*, ita, *Iraſcitur Deus cum quis ſe occidit, ſicut Dominus cum ſeruum ſuum viderit ſe occidere.* Nulla ergo iuſta cauſa adeſſe poteſt,vt quis directò mortem ſibi inferre abſq; mortalis peccati labe, valeat,*ex prædictis*.

Nec † enim Saulis morti ( proprijs manibus illatæ)excuſationem præſtitit patriæ ſuę honor.Cui proſpiciens ille,ſentienſq; ſe iam ab inimicorum manibus liberum euadere non poſſe, ni ſe vltrò mortem inferret; cupienſq; ludibrium, infamiam, ac Maieſtatis Regiæ vilipendum à Philiſteis inferendum euertere; ſuper proprium irruit gladium, Reg.*libr.1.cap.*31.ob quod æternè condemnatum extitiſſe,inquit Villegas,*in 2.p.Floſanctor.in vita Regis Dauid,c.*3. 13

Nec † ſuperioris præceptum, vt ſibi quis mortem inferat, actionem cohoneſtare poterit, nec ſecuritatem tribuet; vt de legitimè ad mortem condemnato, cui ſententiæ in ſe executio comititur, tradit Leſius, *dict. dub. 6.numer.*25 & 26. vbi id fieri non poſſe affirmat. 14

Verum enim verò, etſi ſupradicta ſententia veriſsima ſit, vt nullus ſibi vltrò quacun-
15 que ex cauſa mortem inferre valeat: † Tamen ex iuſta aliqua cauſa, poterit ſe ſpontè mortis periculo exponere (vt in ſupra Eleazari enarrato facto) veluti pro ſaluando Principe, pro populo vel patria tuenda, Leſius *dict. dubit. 6. num.* 32. & 33. Cuius vt defenſioni occurrat, non ſolum poterit ſe mortis periculo, etiam certiſsimo, exponere; (vt de eo qui in puluerem ignem inijcit ad turrim euertendam, inimicosve diſipandos, etſi certò credat ſe ibi ſimul periturum, tradit P. Leſius *vbi ſupra dict. num.* 32. ſic Sanſonem (præter Dei inſpirationem ab Auguſtino tradditam,) excuſans; ſentit P. Molina *dict. diſput. 9.*
16 *num. 4. verſ. ad ſecundum*) Verum & † tenetur quis ex lege charitatis, ſe vltrò periculo mortis offerre vt publicum caueat, P. Dominicus Soto, *dict. lib. 5. de iuſt. quæſt.* 1. *artic.* 7. *verſ. Primum quia*, & *verſ. vnde ad ſecundum*, exemplum tradens, verbi gracia, ſi Tyrannus obſeſſam vrbem incolumen relinquere nolit, ni ſibi caput aliquod, vel homo tradatur. Hic ſiquidem qui petitur, ob Reipubli

cæ

cæ ſalutem, ſe ſponte charitatis lege traddere tenetur, Layman *dict. part.* 3. *cap.* 1. *numer.* 4. (& Rempublicam poſſe illum Tyranno tradderе, defendit P. Ludouicus Molina, *tract.* 3. *de iuſt. diſput.* 10. *poſt numer.* 4. *verſic. dicendum:*) † Nam ſicut in corpore humano, par- 17
ticulare quodlibet membrum, pro vitæ defenſione periculo exponitur; ita particulare membrum; ideſt ciuis, pro totius Reipublicæ conſeruatione. Etſi enim naturale, omnibuſque commune ſit propriam vitam præ cæteris conſeruare: † Naturalior tamen eſt 18
multorum vitam tueri. Cui quis vt generaliori, & potiori, cedere tenetur. Expedit enim vt vnus moriatur homo pro populo, ne tota gens pereat.

Quæſi-

# Quæſitum III.

*Pro defenſione vitæ, an peccare liceat?*

## RECOPILLATIO.

*Ob vitæ defenſionem, multa licent, quæ aliàs illicita, & lethalia ſunt peccata, num. 1.*

*Ob vitæ defenſionem peccare non licet, nec pro ſalute titius mundi, num. 2. & 12.*

*Ciuem innocentem occidere non licet, etiam pro totius populi ſalute, num. 3.*

*Nec etiam ciuem in manibus Tyranni perdendum traddere; & quare, nu. 4.*

*Quare mediatorem innocentem, aut infantem impedientes meam defenſionem occidere poſſum: non verò illum quem tertius occidere iubet ſub mortis cominatione? n. 5. & 8.*

*Fidem Dei negare ob vitæ defenſionem, etiam verbo tantum, & ſi corde fideliter eam retineat; nulli licet Chriſtiano, num. 6.*

*Beatus Marcelinus, Thus idolis obtulit ductus timore mortis, & poſtea libenter martyrium*

*rium ſubportauit, num. 7.*

*Origines etiam peccauit, ductus timore amittendi vitam & pudicitiam, impenitenſq; deceſsit, ibid.*

*Defenſio quæ liceat contra Tyrannum iubentem fidem Dei negare, vel aliàs peccare? num. 9.*

*Martyrium fugere, non eſt peccatum, & ideo cuilibet licet, num. 10.*

*Tertulianus hæreticus reputatus, quòd pertinaciter aſſeruit, illicitum eſſe, & peccatum, recuſare martyrium, num. 11.*

TAm ſuprema eſt vitæ defenſio, & tam innumeris prædita indultis; † vt factum 1
quod aliàs illicitum eſſet ac lethale delictũ, illius intuitu & contemplatione, non ſolum licitum & permiſſum; verum etiam quandoq; neceſſarium reputetur. Vidimus enim ſupra, quot & quanta ob vitæ defenſionem homini liceant, quæ ex ſe grauiſsima ſunt delicta, & turpia quidem. Vidimus inſuper licitum eſſe cuiq; inuaſſo mediatorem occidere, ac etiam innocentem ſi ad vitæ proprię defenſionem neceſſum fuerit: & tamen inno cen-

centem aliàs perimere, grauiſsimum eſt peccati crimen. Igitur ſi quis in me cum gladio irruat, & occidere tentet, ni ipſius iuſſu aliquem occidam tertium; fæminamve viribus oprimam; licitum mihi erit pro vita mea tuẽda, tertium illum, etſi innocentem, occidere, fæminamq; impunè violare.

Verum tamen, ſi prædictam firmarem ſententiam, hæreſis crimen profectò non euaderem, cum legi diuinę, moribuſque catholicis contraria prorſus exiſtat; tot tantiſq; inconuenientibus repleta, vt ex infra in huiuſmodi quæſito dicendis, euidentiſsimè apparebit.

Conclusio ergo Chriſtiana firmiſsimaque
2 hac in parte, ſic perfulget. Non ſolum † pro vitæ corporalis defenſione peccare non licet: Verum (ſi caſſus contingere poſſet) nec pro vita ſpirituali conſeruanda aut conſequenda. Quin immo, nec pro ſalute ſpirituali totius mundi, nec pro Sanctorum gloria tuenda (ſi per impoſsibile accideret) licitum eſt, minimæ etiam partis gratiæ Dei iacturam facere, Dominicus Soto, *de iuſt. & iure, lib. 5. quæſt. 1. art. 6. prope medium.* Hinc dicebat

bat Cardinalis Franciſcus Toletus *in ſumma lib. 5. c. 10. poſt num.* 10. Quod quamuis quis mile paſſurus eſſet mortes, & liberaturus mile aliorum vitas; nunquam licet ex conſenſu fornicari. Sicut † nec etiam licitum erit, 3
pro totius ciuitatis ſalute, ciuem innocentem occidere, P. Ludouicus Molina, *tract.* 3. *de iuſt. & iure, diſp.* 10. veluti ſi Tyrannus illam periculoſè obſeſſam habuerit, ciuibuſq; mortem minauerit, ni ſuum occiderent conciuem, † vel illum Tyranni manibus perdendum tradderent, P. Soto, *dict. libr.* 5. 4
*quæſt.* 1. *artic.* 7. *poſt princ.* Ratio autem quare non liceat; illa eſt; vt præfatus Soto, & paſsim Doctores communiter declarant. Quia innocentis illius mors, iuſſusve fornicandi cum mortis cominatione, non ſunt medij per ſe neceſſari ad vitam tuendam, ſed ex malitia tantum iuuentis. Vnde non licere proculdubio eſt. Et hinc ſoluitur illud quod ſupra duximus opponendum in principio huius quæſiti. Vltra quod ego † aliam adducerem rationē & ſolutionē, 5
nēpe: illo in caſſu, ex eo licitū mihi eſſe media torē occidere, ac innocentem, & etiā infantē

perdere illum, vel claudum qui in ſtricto itinere quo me ſaluare poſſum conſtitutus eſt, ſi fugæ obſtet meæ: (de quibus Corduba, *lib.* 1.*q.* 33. & 38.*dub.* 2. Petrus Nauarra, *lib.* 2.*c.* 3. *num.* 147. Layman *de Theolog. moral. lib.* 3.*ſectio.* 5.*tract.* 3.*p.* 3.*num.* 1.*verſ. adde ſecundo.*) Quia aut ſuo me impedit facto, aut perſona ſua obeſt quominus vitæ meæ defenſionem valeam exercere. At vero perſona illa, quam tertius me iuuet occidere, vel fornicari ſub mortis meæ cominatione: cum nec ex facto ſuo, neque ex ſua perſona meæ obſit defenſione; vtique illam abſque reatu mortalis culpę, perimere nō potero. Potero quidem viribus me defendere in minantis perſonā, quæ & re, & perſona totius delicti fundamentum eſt: non vero in illum tertium innocentem, qui ex ſua perſona in meam defenſionem, nec quicquam oponit, nec ſuponit.

6 Hinc aſſertiuè, & tota fide tenemus, † nulli Chriſtiano licere ob vitæ defenſionem, Catholicam Dei fidem negare, etiam ſi verbis tantum neget, corde tamen Chriſti fidem retineat; quod vtique grauiſsimum eſt peccatum, videndus D. Thom. 2.2.*q.* 3.*art.* 2. Et late

te P.Layman *lib.2.tract.1.cap.11.per totum.* Deſumiturque ex Matth. *cap.10. Qui me negauerit* (inquit Chriſtus Dñs) *coram hominibus, negabo, & ego eum coram patre meo,* & iterum Lucæ *cap.9. Qui me* (inquit) *erubuerit, & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet,* In hoc incidit crimen D.Petrus Apoſtolus, Chriſtum Magiſtrum ſuum præ timore negãdo, licet poſtea amarè pœnituit, de quo D.Auguſtinus, *tract.66.in Ioann.* ¶ Pontifex enim † ſumus ille Marcellinus (vt inter alios meminit Villegas, *in 2.p.Flo.ſanct. in vita Salomonis, c.3.prope finem*) hoc quoque ductus errore, thus gentium ſimulacris coram Tyrano offerre non recuſauit. Qui notiſsimo poſtea comperto delicto pęnituit, mortemque auidiſsimè ſuportauit. ¶ Acrius etiam prædicto errore, & pudicitiæ timore ductus Origenes, peccauit; & impenitens deceſsit, meminit D.Epiphanius, *in panario de origine, hære.64.* Nicephor.Calixtus *lib.5.cap.32. & capit.33.* Ob quod inter hæreticos numeratus, anathematizatuſq; fuit in quinto Concilio Conſtantinopolitano. 7

Etſi enim † negatio fidei videatur mediũ 8

ad euadendum martyrium, & vitam defendendam; non tamen eſt ex ſe, ſed ex Tyranni malitia. Vnde, ſicut non licet parere Tyranno iubenti (cum mortis cominatione) tertium innocentem occidere: multo minus licebit Chriſti fidem ob vitæ propriæ tutamen negare, *vt ſup. etiam.* Eſſet enim hoc, & Chriſtum crucifigere, & eum iterum peccatorem (in quantum in ſe eſt) occidere, Paul. *ad Hebræos cap. 6.* Siquidem Chriſtus nihil aut ex ſua perſona, aut ex ſua fide obeſt, naturali vitæ defenſioni. Quare ſumum eſſet flagitium in innocentem Chriſti fidem irruere.
9 Fauore † tamen defenſionis naturalis, poſſet contra Tyrannum iubentem fidem Dei negare, ſub mortis cominatione, Chriſtianus quilibet viribus ſe defendere (quia ſunt medij per ſe neceſſarij) aut Tyrannum
10 occidendo, aut fugiendo: Cum † nullus ſub peccato teneatur, ita ſe martyrio pro Chriſti fide offerre, vt non liceat martyrium recuſare, aut ſe defendendo, aut fugiendo. Quod tam certum eſt, vt contrarium dicere, notiſ-
11 ſimũ ſit hæreſis delictũ. † Ob quod (inter alias cauſas quibus (proch dolor) pertinaciter

adhæ-

adhæſit) damnatus fuit prentanti ſsimus ille vir, olim Eccleſiæ Catholicæ ful gentiſsima gemma Quintus Septimius Florẽs Tertullianus, *in lib. ad Fabium, de fuga in perſecutione*, contra quem ſcripſit D. Ambroſius, alio ſimili tractatu.

Ex quibus † reſoluimus, propter vitæ noſtræ, pudicitiæ, aut honoris defenſionem, nec ob mortis timorem, licitum nobis eſſe quodcunq; comitere peccatum, fidemve Dei, etiã verbis tantum, negare, ex rationibus ſupra adductis. ¶ Quin immo chriſtianus quilibet, mile potius pati tenetur mortes, quam quodlibet etiam minimum in Deum comitere delictum; vt ſic ſe verum eſſe Ieſſu Chriſti militem tanta dilectione commonſtret. Perfecta enim dilectio foras mitit timorem D. Ioan. *epiſt.* 1. *cap.* 4. nec poteſt qui pati ſic timet, eius eſſe qui paſſus pro nobis eſt. 12

Quæſi-

# Quæſitum IIII.

*Defenſio an tolli aut renuntiari poſsit.*

## RECOPILLATIO.

*Defenſio, neq; à lege, neq; à Principe tolli poteſt, n.* 1.

*Sed aliquando inuaſſo, iuſtè auſertur, naturali quoq; iure, num.* 2.

*Defenſio iuditialis, nec per Principem, nec per ſtatutum, neque à parte renuntiari valet, num.* 3. & 4.

*Citatio cum (vt defenſio) iuris naturalis ſit, tolli nequit aut per Principem, aut per ſtatutum; neq; omitti, num.* 4. & 5.

*Appellatio (innocentium præſidium) cum defenſio ſit, & iuris naturalis, tolli aut à Principe, aut à ſtatuto nequit, num.* 6.

*Intelliguntur ſupradicta, num.* 7. & *ſeq.*

*Defenſio in genere, iuris naturalis eſt, non in ſpecie, num.* 8.

*Defenſiones iuris ſunt naturæ, ratione materiæ* & *ori-*

*& originis, ſed quo ad formam, non itidem, ibid.*

*Defenſiones omnes exceptionesve, Princeps in totum tollere non poteſt, ibidem.*

*Immo tunc excepta videtur tacitè, innocientiæ, & manifeſtæ æquitatis exceptio, n. 9.*

*Pactum quo quis omnem à ſe abdicat defenſionem, nullum eſt. num. 10.*

*Defenſio ſpecialis, licitè a Principe, aut ſtatuto aufertur, num. 11.*

*Appellatio regulariter rectè aufertur à Principe, & à parte renuntiatur, ibid. & n. 12.*

*Appellatio tolli poteſt per ſtatutum, num. 13.*

*Intellige vt, ibid.*

*Et an tempore abrebiari per ſtatutum, abſq; ſuperioris aprobatione factum, n. 14.*

*Appellatio quod tolli poſſit, minor incõueniens, quam quod citatio tollatur, num. 15.*

*Citatio tolli non poſſe videtur; quia non citato, nec audito, defenſiones omnes auferuntur, nu. 16.*

*Citatione non obſtante, quando procedatur, & quare, ibid.*

*Appellatio, aliquando eſt iuris ciuilis, & aliquando naturalis, & quando naturalis eſt, non*

*non cenſetur ſublata, nec tolli poteſt, num. 17. & 18.*

*Citatio quando ſit iuris naturalis, quando verò iuris ciuilis, & tolli poſsit, nu. 19. & 20.*

*Defenſiones in cauſis criminalibus Princeps tollere nequit, etiam de plenitudine poteſtatis, num. 21.*

*In criminalibus nullus condemnari debet, niſi dato termino ad ſuas defenſiones, etiam ſi reus ſpontè confiteatur delictum, num. 22.*

*Notantur ſtatuta criminalia aliquorum locorum, ibid.*

*Extrema omnia vitioſa, num. 23.*

*Reo defenſiones non ſunt deneganda, etſi delictum ſit notorium, vel ſit repertus in fràganti, num. 24.*

*Reo ſpontè delictum confitenti, in Aragonia nõ conceduntur tempora ad ſe defendendum, num. 25.*

*Authoris ſententia, nu. 26. & ſeq iuncto, n. 32.*

Forus vnicus tit. de confeſsis *ponderatur, nu. 26. & ſeq.*

*Confeſsio nulla eſt contra quam aliquid dici non poſsit, num. 28.*

Tex. in obſ. item nota quod 6. tit. de poſtu-lan-

lando, *expenditur, num. 29.*

*In confeſſum, idem procedit de iure, quod de foro; & tamen defenſio reo non denegatur, nu. 30.*

*Iura municipalia, recipiunt interpratationem à iure communi ibid.*

*Fori Aragonum diſponentes in materia iuris communis, omnes huius interpratationes accipiunt, n. 31.*

*Defenſionibus in criminalibus, nec pars ipſa renuntiare poteſt, n. 33.*

*Et ſi fiat poterit reuocari, num. 34.*

*Iudices ſuadentes reis, falacijs vel promiſsionibus, ſuis defenſionibus renuntiare notantur, ibid.*

*Reſpondetur obiectioni aſſerenti, ſicut quis poteſt permitere ſe occidi, ita & defenſionibus renuntiare, n. 35.*

*Appellatio in criminalibus tollitur in Aragonia abſq; Principis aprobatione, nu. 36.*

*Et ſententia executioni mandatur, ante obtentam ſuperioris inhibitionem, ibid.*

*Statuta criminalia Aragonum plebeios tantum ligant, non verò infantiones & ingenuos, nu. 37.*

*Reus in Aragonia, an poſsit ſuis defenſionibus renuntiare, num.* 38.

Forũs vnicus tit. de ſubmiſsionibus non faciendiš *expenditur, ibid. & ſeq.*

*Iudices ſeducentes reos ad renuntiationes, & ſubmiſsiones faciendas in criminalibus, no tantur & accuſari poſſunt, vt libertatum Regni fractores, num.* 39.

*Renuntiatio temporum, an à reo in criminalibus fieri poſsit, ibid.*

*Manifeſtationi an reus in criminalibus poſsit renuntiare, obſtante* foro de ſubmiſsionibus non faciendis, *num.* 40.

Forus 2. tit. de manifeſtatio. *intelligitur, ibid.*

PRæfatis quęſtionibus exactè adduximus, aduerſus iniuſtum inuaſſorem, manualem illam, tam præciſſam; quantum diuino, naturali, canonico, ciuili, omniq; iure aſiſtitam defenſionem. † Quam neq; à Prin-
1 cipe, neq; a lege tolli poſſe, nemini in dubiũ venit. Tum quod ius illud diuinum ac naturale, inmutabile omnino eſt, nec ciuili determinationi quoquo modo ſubiectũ: imò è contra ius omne, Principis diſpoſitio quę-

li-

libet, illius (tãquam à Deo prodeunte) neceſſitudini, modis omnibus obtẽperare; cunctis viribus fouere, preciſſum credat; ad tradita *in Clement. Paſtoralis de ſententia & re iud.* vbi ſcribentes, ibi: F*acultas defenſionis, quæ à iure prouenit naturali, adimi valuiſſet; cum illa Imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis exiſtunt.*

2 Et licet † aliquando compertum ſit, defenſionem licitè a lege ſublatam, (vel punitam) fuiſſe, quando quis ſe contra inuaſorem tuebatur: illud tunc iuſtè & non minus naturali iure aſsiſtente factum extitit, ex rationibus videndis, *ſup. lib: 2. q. 1. à verſ. punctus tamen hic*, quas, ne in repetitionis vitium incidamus, hic omittere opere pretium duximus.

Igitur nunc ad iuditialem defenſionem quæſitum noſtrum referendum oportet. † Et 3
in primis defenſionem iuditialem (iure naturali obſtante) per Principem tolli non poſſe, dicendum videtur, neq; per ſtatutum, *dicta Clemen. Paſtoralis, §. cæterum defectus, c. cum inter 5. cap. ſignificauerunt 11. extra de exceptio.* ita ex *l. ſi ſic, ff. de legatis* 1. & DD. *in l. fin. C. ſi contra ius vel,* tenet Henricus Rijſuuich

*in paratil.* relatus *in to.* 1.*regular.iuris vtriuſq;* verbo *defendere*, Angel. Aretin.*in princ.inſtit.* *de exceptio.num.*23. Vantius *de nullit.ex defectu citatio. num.*3.4. & 5. Math.de Afflictis, *ad conſtit.Neapol.rub.*51.*lib.*1 *§. item dura n.* 2. † Quin immo neq; a parte ipſa renuntiari
4 Enricus Rijſvuich, *vbi prox.* Hinc citatio, cũ (vt defenſio) à iure naturali proueniat, *d.clement.Paſtoralis*, Camil.Borrel. *in ſuma deciſ.* *tit.*44.*de citatione num.*3.& 4.*p.*1. Iacob Menoch.*de præſumptio.lib.*2.*c.*48.*num.*12. Et dixi *in additio.ad chyrographum mercatoris*, amici mei D. Ioſephi de Niño, poſt ſcholiũ Comandæ, *lit.*K *nu.* 2. Ramirez *tract.de lege Regia*, §.29.*n.*21. plures alegans Mat.de Afflictis
5 *deciſ.Neapol.*283.*n.*7. † Tolli aut per Principẽ, aut per ſtatutũ non poterit, nullatenuſq; omitti, tanquam ad ſe defendendum præciſsè neceſſaria, Vantius *vbi prox.* Menoch.*d.c.*48. *n.*12. Abbas Panor.*in c. dilecti filij n.*6.*de iudicijs*, dixi in additionibus, *d.lit.*K *n.*3. Oldradus, *conſ.*43.*incip.quæritur vtrum*, Marius Au
6 tell. *deciſ. Siciliæ* 4. *num.* 5. & 7. † Similiter appellatio, (quæ innocientiæ præſidium eſt, *cap. cum ſpeciali* 61. §. *porrò extra de appellatio,*

*tio, cap. cum inter 5. extra de exceptio.*) cum defenſio quoque ſit, Alex. *conſ.* 113. *incip. viſſo themate n.* 1. *vol.* 5. Et ſic iuris naturalis, Andreas de Iſern. *in c.* 1. *tit. quæ ſint regal.* verb. *bona comitentium crimẽ leſæ Maieſtatis n.* 17. & 18. Alex. *in d. conſ.* 113. *n.* 1. Vincen. de Anan. *in rep. c.* 1. *num.* 205. *de vaſ. decrep. ætat.* Hier. Treutler. *diſp. ſelect. lib.* 2. *diſp.* 33. *th.* 1. Iodoc. Damhod. *in pract. ciuil. c.* 229. videtur dicendum, neq; à Principe auferri poſſe, Vaſqui. Mencha. *lib.* 1. *controuerſ. vſſufreq; c.* 1. *nu.* 4. & 5. ex Oſual. Illig. *in notis ad Donel. lib.* 28. *comen. cap.* 6. *lit. A.* neq; à ſtatuto adimi, quia defenſionem aufert, Bald. *in l. præſcriptione num.* 16. *C. ſi contra ius*, vel Minſing *obſer.* 1. *cap.* 14. Andreas Gail *obſeruatio. libr.* 1. *cap.* 135. *num.* 13. per Oſual. *ad Donel. dict. lib.* 28. *c.* 6. *lit. A.*

Hæc † etſi a Doctoribus generaliter dicta non exiguam habeant authoritatem, tamen vt quæſiti noſtri reſolutio pateat, ex ſequentibus declarare fas erit. 7

Defenſio in genere ſumpta iuris naturalis eſt, non verò in ſpecie, vt in iuditio fit; cum naturali iure non viguerint iuditia.

Vn-

8 Vnde † dicendum defenſiones, iuris naturæ ratione materiæ & originis eſſe: quo ad formam tamen quam à ſola lege accipiunt, iuris ciuilis; quia nec omnibus nec contra omnes, neç omni tempore competunt, notat Ayrer. *de proceſ.par.1.cap.6.obſer.2.num.*3. Math.Coler *de proceſ.execut.p.4.cap.1.num.* 34. Alciatus *in pract.ciuil. par.3.tit.de appellatio.* Hinc tenendum Principem defenſiones omnes, aut exceptiones, in totum adimere non poſſe; cum naturale ius magnopere reſiſtat, notat Coler, *dict.par.4.c.1. num.*23. *& ſeq.* Pinel. *ad rub.C.de reſcin. vendit.p.1.cap.2.n.*21. *& ſeq.* Minuſque per ſtatutum omnes tolli poterunt, videndus Ærumæ *exerci.19. to.*3.

9 Et quod † tunc innocientiæ manifeſtæque æquitatis defenſio tacitè excepta videatur, Iacob. Menoch. *lib.2. de præſumptio.c.*48.*nu.*18. Aſsinius *in pract.de ordin.iudic.* §.31.*c.*38. Minſinger. *obſeruat.lib.6. cap.*15. Alex. *conſ.*113.*num.*8.*& 9.lib.*5. Ærumæ *d.to.*3. de quo aliquid diximus in ſcholijs ad Comandam, *clauſ.*34.

10 Hinc † etiam, nullum pactum eſſe, quo quis omnem à ſe abdicat defenſionem nihil verius: nullumque generaliter paciſci poſſe

poſſe ne exceptione vtatur, firmat Petrus Gregor.*ſintagmat.iuris,lib.*21.*cap.*17.*in fine*, per tex.*in l.*4.§.4.*ff.ſi quis cautio.*

Specialis † tamen defenſio,cum nec naturali contradicat, licitè à Principe ſtatutove tolli poſſe, lenius exiſtit, notat Ayrer, *dict. obſ.*2.*num.*3. Vnde appellatio regulariter rectè aufertur,& à Principe, *ex cap.*1. *extra de reſcriptis,cap.ſuper eo* 12.*cap.paſtoralis* 53.*extra de appellatio.* Iacob.Menoch.*conſ.*100.*nu.*102.*lib.*1.ex Abbate,Decio,& Beroio, *in d. cap.*1.*de reſcriptis*, Bardaxi *de officio Gubernatio.in crimin.cap.*19.*num.*20. Et † à parte, cui appellationis ius competit vel cōpetere poteſt,renuntiari valet, Vlpian. *in l.*1.§.*ſi quis ante*, *ff. à quibus appellare non licet*, Iuſtinianus Imperator,*in l.cum anterioribus*,§ *fin.C. de tempor. & repar. appel.* ibi: *Sin autem partes inter ſe ſcriptura interueniente paciſcendum eſſe crediderint nemini parti licere ad prouocationis auxilium peruenire, vel vllum fatale obſeruare; eorum pactionem firmam eſſe cenſemus. Legum etenim auſteritatem in hoc caſſu volumus pactis litigantium mitigari.* Regens Monter,*decíſ.*8.*num.*23. Carrer *in pract.ad l. ob-*

11 12

*obſeruare curabis num.*7. Sentit Regens Seſſe
13 *deciſ.*98.*num.*18.*tom.* 1. † Statuto quoq; tolli
poſſe appellationem non dubitamus dum-
modo populus ipſe qui eam aufert, etiam ſe-
cundum recurſum habeat,aliàs ſecus; niſi il-
lius aut Principis aut Domini,cui appellatio
nis recurſus deferendus eſt, accedat conſen-
ſus,Roland.à Valle, *conſ.*29. *num.* 5. *& ſeq.*
*vol.* 1. eſt communis Doctorum ſententia
per Monter, *dict. deciſ.*8.*num.*23. Bar.*in l. ſi*
14 *cui,ff.de aqua plub. arc.* Nec † defficit multo-
rum opinio aſſerentium, appellationem poſ-
ſe tempore abrebiari per ſtatutum hoc in
caſſu. Quod mihi vix non diſpliceret,ſi bre-
bitas ipſa, per indirectum, appellationis re-
curſus ad Dominum, vel ſuperiorem perti-
nentem,eo inuicto,non auferret.

15 Longa tamen differentiæ ratio † adeſt in-
ter appellationem & citationem. Illam ſiqui
dem tolli poſſe,quid mirum;cum non inme-
rito à iure ciuili quiſquam prouenire aſſerat,
& Kninch.*de ſaxo.non prouoc.iure v. ius, c.*2.
*num.*176. *& ſeq.* (prout citat Oſual. *ad Do-
nel.dict. lib.*28. *cap.*6. *lit. A.*) appellationem
iuris ciuilis eſſe contendit,aſſentit Zeballos,

*tract.*

*tract de cognit. per viam viol. gloſ.6.nu.27.* & Pinel. *ad tit.C.de reſcind. vendit. in rubr. p.1. cap.3.num.22.* Appellationem non propriè defenſionem eſſe fatetur: nam( vt inquit) merè arbitrarium eſt, an plures ſint inſtātiæ, nec cauſæ iuſtitiam reſpicit: quipe ſcire nemo poteſt, an in primo, an autem in ſecundo tribunali rectiùs iudicetur, refert Oſual. *vbi proxi.* fatetur Menoch. *d.caſ.* 100. *num.*102. ea eſt ratio (ait) quia non aufertur defenſio, ſed determinatus quidam defenſionis modus, qui iuris poſitiui eſt; & alius ſupereſt modus quo ſe tueri poteſt: & Bardaxi, *tract. de Offic. Gubernat.in crimin. c.19. n.11.* Quia appellatio(aſſerit)quæ eſt defenſio de iure ciuili, poteſt renuntiari. At † vero citatio(natu 16 ralis & diuini iuris) extenſiores habet defenſionis notiſsimos terminos: nam non citato nec audito, omnes defenſiones auferunt. Is quidem eſt cuncto tutamine deſtitutus, qui ignarus accuſationis, innocientiæ ſuæ cauſas proferre nō poteſt. Etſi enim aliquando omiſa citatione proceſſum fuiſſe cōſpiciamus: ideò obtinet, vt nos infra, aut alio forſan tractatu, declarabimꝰ: interim, vidēda quę diximꝰ,

*in additio. ad chyrograph. mercatoris*, poſt meũ Comandæ ſcholium apoſitum, *lit.* K *à n.* 4.
17 Nec † ex his te deſumere vellem indiſtinctè & generaliter, appellationem omninò à iure ciuili prouenire, citationem verò ſemper à iure naturali: cum aliquando appellatio iuris ſit naturalis, & ſic tolli nequeat; aliquando verò citatio, ſit iuris ciuilis, & auferri valeat: Nam ſi iudex qui de cauſa abſq; appellatione cognoſcit, contra aliquem, etſi præſentem, minus tamen ritè auditum pronuntiet, de factove contra illum proferat ſententiam, vel quoquo modo id faciat, quo nec iuſtitiæ miniſterium rectè exerceat, nec ius ſuum parti tribuat: proculdubio tenendum eſt, tunc appellationis remedium naturaliſsimum eſſe, & a recto iuris naturæ ſcopulo, tanquam medium præciſsè neceſſarium ad ſe defendendum, prouenire, Didacus Couar. *pract. quæſtio. cap.* 23. *poſt num,* 6. ſic profert: *Ita quod, vt defenſio neceſſaria per ſtatutum non videatur poſſe tolli*, ita ex Innoc. *in c. cum inter, de exceptio.* inquit Bar. *in l. cum mulier*
18 *nu.* 6. *ad medium ff ſoluto matrim.* Quia † etſi appellatio ſublata ſit; non ex hoc intelligitur ſubla-

ſublata, illa quæ ex naturali prouenit æquitate: ideſt illa quæ fit ad ſe defendẽdum contra ſententiam nullam, vel notoriè iniuſtam, Menoch.*lib.2.præſumpt.cap.48. num.*18. Petrus Nuñez de Auendaño, *tract.reſponſorum in declarat.l.4. & 5. tit. de las exceptiones,nu.* 48. Seſſe *tract.de inhib.cap.*1.§.2.*num.*42. cum alijs *ſup.* ¶ At ſi iudex, citationibus neceſſarijs præmiſsis, defenſionibus auditis, cauſaq; per quam diligenter excuſa atq; examinata, ſententiam protulerit: tunc appellationẽ, tam quã naturale defenſionis remediũ, profectò admittendã non eſſe cenſet, Couar. *vbi prox. num.6.verſ.quinto,* ſed vt remedium ciuile à Principe, lege ve, recte auferri poterit. Illo ſiquidem caſſu appellare, potius protelandæ litis negotium, quam defenſionis naturalis neceſsitudo eſſet. Nec enim † lites permanere debent immortales; ſed citò terminari Rei 19
publicæ intereſt, *cap.finem litibus extra de dolo & contuma.* cum vulgatis. ¶ Idem de citatione: nam hæc, etſi in quantum eſt neceſſaria ad ſe defendendum (ne reo ignorante, in eum procedatur) iuris naturalis ſit, & ideo auferri nequeat, *vt ſupra*, etiam in delicto

notorio, Ramirez, *tract. de lege Regia*, §. 29. *n.* 21. per tex. *in cap. ſi peccauerit* 2. *q.* 1. *l.* 2. *C. de*
20 *cuſtod. reor.* cum alijs; † tamen citatio ea, tunc erit iuris ciuilis, (non verò naturalis) & tolli aut à Principe, aut a lege poterit, quando poſt cauſæ concluſionem neceſſaria eſt ad ſententiam pronuntiandam, ita Couar. *dict. num.* 6. *verſ. primum.* Quotieſcunq; ergo offenſio naturali ratione obſtante non fit, ſed ciuili: non naturale ius neceſſariò, ſed ciuile defenſionem tribuit: *Quia omnes licitus defendendi modus, debet conmenſurari modo offendendi, qui intenditur, vt C. vnde vi, l. ſi quis in tantam, & C. de iuriſdictio. omn. iud. l.* 1. *& ibi notat.* ſic Oldradus, *conſil.* 43. *poſt nu.* 1. Ergo tunc defenſio illa, & renuntiari & tolli poterit.

Proſequamur in criminalibus: an defenſio
21 nes tolli aut renuntiari valeant? Et † quod Princeps in criminalibus cauſis, defenſiones merita cauſæ, & partium iuſtitiam concernentes (cum naturali defenſioni conueniant) etiam de plenitudine poteſtatis, tollere nequeat, tenet cum multis Ramirez, *tract. de lege Regia*, §. 29. *poſt numer.* 22. Anton.

Na-

Nata *conſil.* 451. *num.* 30. Math. de Aflictis, *ad conſtit. Neapol. lib.* 1. *rub.* 51. *de inquiſitio.* §. *item dura*, & *dira numer.* 2. *cum ſeq.* Simon de Pret. *conſil.* 202. *numer.* 14. Viuius *com. opinion. cap.* 717. *vol.* 2. Iul. Clarus, *in pract. crimin.* §. *fin. q.* 49. *numer.* 14. & num. 13. aſſerit, † nullum in criminalibus condemnari 22
debere, niſi dato prius termino ad ſuas defenſiones. Et hoc, etſi reus ſpontè delictum confiteatur; & etſi conſtet reum nullas habere defenſiones, Ramirez *vbi proxim.* Hinc notantur quorundam locorum ſtatuta criminalia: quæ aut defenſiones non præſtant, aut ita ſtrictim tempus reo ad ſe defendendum concedunt, vt idem ſit ac ſi defenſiones auferrent. Fateor me vidiſſe in quadam ardua criminali cauſa, ſolummodo reo duodecim horas ad ſe defendendũ tributas fuiſſe; quarũ maiorẽ partẽ, noctis terminus ſub ſe cõprehendebat. † Omnia ſiquidẽ extrema 23
vitioſa: nec criminaliũ cauſarũ protelatio, tã longa, quod in Reipublicæ perniciẽ vergat: nec tã accelerata, quod iuſtitiæ ſacrum conculcet, notat *tex. in clem. Paſtoral.* §. *verũ*, ibi: *Verũ quia huiuſmodi ſentẽtia quæ nõ à diſcretione*

*ma-*

*matre virtutum; ſed à nouerca iuſtitiæ volun-
taria ſcilicet iudicantis præcipitatione proceſſit,
&c.* Etſi enim hoc cohoneſtent aſſerentes,
caſſus eſſe in quibus id licitè fit, veluti ſi reus
ſpontè confiteatur, vel ſi notorium ſit deli-
ctum, aut in fraganti repertus: tamen non
24 ſemper ij caſſus adueniunt; † & adhuc tunc
defenſiones reos denegandæ non ſunt, vt vo-
luit Clarus, *in pract. crimin. q. 9. num. 6. & q.
65. num. 1. verſ. non tamen intellige*, quam to-
tius mundi practicam eſſe inquit. Poteſt e-
nim reus contra propriam confeſsionẽ mul-
ta deducere; idem Clarus, *in pract. crimin. §.
fin. q. 49. num.* 13. Et tales exceptiones contra
notorium adferre, vt omnino excuſatus exi-
ſtat. Ideo ego nunquam defenſiones ſic au-
ferrem; ne aliquando innocentem fortè dam-
nando, apud diuinum tribunal, coram ſupre-
mo viuorum ac mortuorum iudice, rationẽ
reddere tenerer.

25 Sed quod in † Aragonia foraliter accuſa-
to, & delictum ſpontè confitenti, coram iu-
dice cauſæ, mediantibus notario & teſtibus,
aſſeſſoreque, vel in huius defectum, coram
iurato loci vbi reus captus exiſtit; tempus ad

ſe-

ſe defendendum non cōcedatur, voluit Portoles, *ad §. accuſatio nu.* 43. vbi ſic fuiſſe pronuntiatum refert, in Regia Audiencia anno 1583. contra quoſdam homines ſpontè homicidium confitentes: quibus & appellationis recurſum, denegatum fuiſſe exiſtimat, licet non adſeueret; cuius praxim deſumit, *ex foro vnico tit. de confeſsis, & repertis cum furto*, & ex authoritatibus Molini, *verbo confitenti delictum, fol. 69. col. 2. in fine*, & verbo *accuſato confitenti, fol. 3. col. 3.* Michael Ferrer *in meth. iudic. tit. de proceſſo criminali, verſ. ſi tamen, fol. mihi* 58. *col. 2.*

Mihi † tamen, ſalua prius ſacri ſenatus 26
grauiſsima deciſsione, cui me (ſi qua eſt) libenter ſubmito; & ſalua huius temporis integerrimorum virorum praxi; ſemper viſſum eſt, neq; ex dicto foro, neq; ex authoritatibus à Portoleſio allegatis probari, ſpontè confeſſo, defenſiones omnino denegandas eſſe. Thenor fori, ſic. *Item eſtatuymos y ordenamos, que el preſo que de aqui adelante en qualquiere parte de la cauſa ſpontaneamente confeſarà el delicto, del qual ſerà acuſado, en juyzio delante el Juez: mediante Notario y teſti-*

*ſtigos y el Aſeſſor ſi tendra: y ſino tendra Aſeſſor, de vn Iurado del lugar donde eſtarà preſo, y el ladron que ſerà tomado con el furto, ò robo en la mano, no ſe le obſeruen los tiempos del Fuero; antes conſtando de lo ſobredicho legitimamente, ſe ponga el proceſſo en ſentencia dentro tiempo de diez dias.* Id ipſum aſſerunt ambo. Molini, practicus nẽpe, & curialis, & Ferrer
27 *ſupra citatis locis.* † Non ergo aſſerunt reo non eſſe concedendam defenſionem; ſed tẽpora ita abrebianda eſſe, vt intra decem dies proceſſus ad ſententiandum inſtructus ſit. Haud tamen intra illos decem dies defenſionem aliquam reo non eſſe dandam, fatentur: aliàs adſeueraret forus, quod incontinenti, facta confeſsione, proceſſus ſententiari poſſet. Quid intereſt confeſsio, vt non ſe defendere queat reus? Non ne obſecro, etſi delictum mille teſtibus omni exceptione maioribus probaretur, danda eſſet adhuc reo defenſio? Non dubito. Ergo idem ſi confeſsione probetur delictum: nam ſicut nullus eſt teſtis, cui aliquid obijci nequeat, nec vlla
28 probatio, quæ tergiuerſari non poſsit: † ſimiliter nulla eſt confeſsio, contra quam ali-
quid

quid dici non valeat, Iul. Clarus *quæſt. 49. nu.* 13. Sin Autem rogo. Si captus, aut inſania, aut deſperatione, aut ebrietate, aut dementia, aut errore; aut non conſtito de delicto, aut alia accidentali cauſa confiteatur; quæ ratio, quæ æquitas, præciſſam naturalem defenſionem obnubilabit, vt reus, de nulla illa confeſsione ſe defendere non valeat, quando naturalis ratio, & ciuilis legum diſpoſitio, hoc iuſtiſsimè concedunt? Clarus *vbi proximè, & quæſtio. 65. numer. 1. verſic. non tamen intellige.* Ad quod notandus, *text. in l. 1. §. ſi quis, ff. de quæſtio.* ibi: *Si quis vltrò de maleficio fateatur, non ſemper ei fides habenda eſt. Nonunquam enim aut metu, aut aliqua alia de cauſa in ſe confitentur, &c.*

Extat † *text. in obſ. item nota quod 6. titu.* 29 *de poſtulando*, ex qua cum vtroque Molino, & Portoleſio, *vbi ſupra*, etſi captus in interrogatione delictum confiteatur, non ex eo proceſſus per ſuos tramites percurrere ſinit, nec defenſiones reo auferuntur. Quæ diuerſitas inuenitur, vt in illa confeſſione, non denegentur defenſiones, & in hac

ſpontè facta, præſtari non debeant? Maximè cum nec dicta obſeruantia, defenſiones aut concedat, aut neget, ſicut forus noſter. Accedat, quod forus de cōfeſsis, èſt odioſus, & ſic reſtringendus. Vlterius, quod idem procedit
30 in † confeſo, de iure, quod de foro, ad hoc vt nullæ ſint partes iudices niſi in condemnando, Iul. Clarus *q. 65. num.* 1. Sed vt ipſe aſſerit, adhuc eo caſſu defenſio reo deneganda non eſt, cum totius mundi praxis ſic ſe habeat: igitur id ipſum in ſpecie noſtri fori procedere debet: Ratio eſt; quia iura municipalia, recipiunt interprætationem à iure communi, vt Bardaxi *ad forum* 5. *tit. de aduocatis*
31 *num. 9. in fine*, Et † fori Aragonum in materia iuris communis diſponentes, huius omnes interprætationes recipere debent, ad Portoleſium, *in §. fori nu. 9. & ſeq.*

Enim verò, nec mihi perſuadere poſſum, hoc forum excogitaſſe, vt defenſio tam iure naturæ debita, denegaretur reo: ſed illas tantum forales quas tam amplas (tempore) habebat, ob ſpontaneam cōfenſionem, ad brebiſsimum tempus, intra decem dies, redu-
32 xiſſe. Vnde † ego, certè ſi caſſus occurreret, de-

defenſionē qualem qualē reo nō negarem, ſi ipſe tempus petijſſet ad ſe defendendum, vel ſpecialiter, ad ſuam confeſsionem falſam, vel erroneam, impugnandam; qua probata, illi ſufragari ſat iuſtum videtur, ſi fatemur, nullum poſſe in criminalibus ſuis defenſionibus renuntiare, quæ ad propriæ vitæ tutamen ſpectant; cum nemo vitæ ſuæ Dominus ſit. At ſi falsò delictum fateri, plus eſt quam defenſionibus renuntiare; nec vtrunque valebit, *vt ſtatim.* Quiſq; cogitet an in re dubia (ſi hæc ita eſt) potiùs ſit tutiorem eligere partem, & miſericorditer cum reo agendum; quam iniquitatis periculo ſe exponere: maximè cum ſuplicium, etſi ſic diferatur, nunquam auferatur.

Redeuntes tamen † ad defenſiones reo- 33
rum, tenendum eſt; non ſolum Principem in criminalibus defenſiones tollere non poſſe, *vt diximus*: Verum nec pars ipſa, eis renuntiare, Iaſſ. *in l. ſi quis in conſcribendo num.* 18. *C. de pactis*, Iulius Clarus, *in dict. §. fin. q.* 49. *num.* 16. per gloſam communiter ab omnibus receptam, *in l. pactum inter heredes*, verbo *liceat, ff. de pactis*, Anton. Gomez, *tract. de deli-*

*ctis cap.*1.*num.*66. Didacus Couar. *ſup.* 4.*decret.ſecundæ p.c.*8.§.12.*n.*15. & 16. etiam cũ iuramẽto, Balthaſ. Gomez de Ameſcua, latiſſimè (poſt hęc ſcripta viſſus) *tra.de poteſt.in ſe ipſum,lib.*1.*c.*17. & *ſeq.* cũ alijs per Ramirez, *d.tract. de lege Regia,* §.29.*nu.*22.*in fine*, Bal. *in l.vnica, C.de confeſſis nu.*27. Anto. Gomez *vbi ſupra*, videndus Felinus *in c. cum veniſ-*
34 *ſent, extra de teſtibus nu.* 4. † Quòd ſi fiat renũntiatio; proculdubio reuocari poterit, ita ex gloſ. *in l.*2. *C. quorum appellat. non recipi.* Marco *deciſio. Delph.*60. *nu.*8.*p.*2. & ex alijs tradit Ioan. Baptiſt. Baiardo, *ad Iulium Clarum, in pract.crimin.*§.*fin.q.*49.*num.*62. Nullus quidem renuntiando defenſionibus, ſe exponere poteſt, euidenti mortis, aut corporis periculo, cum membrorum ſuorum dominus non exiſtat, *l.liber homo,ff.ad leg.aquil.* cum vulgatis. Hinc notantur Iudices ſiue Aſeſſores, qui reos perſuaſionibus aut falacijs, cogunt ſuis renuntiare defenſionibus, de quibus quæritur per Bartolum, Felinus, *in d.cap.cum veniſſent n.*4. Iul. Clarus, *d.*§.*fin. q.*45.*num.*11.

35 Nec prædictis † hoc obſtabit; nẽpe quod

ſicut

ſicut ille cui iniquus inuaſor agreditur, poteſt ſe pati occidi, potius quam illum perimere: immo perfectionis opus ſit non ſe defendere, vt ex D. Tho. *lib. de Regim. Principis q.* 6 & ex alijs tenet Couar. *in d.* 4 *p. decretal. ſecundæ p. c.* 8. §. 12. *n.* 17. ita ſimiliter reus poterit, ſuis defenſionibus renuntiare. Nam reſpondetur illo caſſu, propter periculum mortis agreſoris ne is occideretur, & ob timorem condemnationis, cũ in peccato exiſtat; licitũ agreſo eſſe mortem pati. At in noſtro caſſu, ſecus eſt; & ſic præciſsè defenſionibus operã reus dare tenetur, neq; eis renuntiare poterit, cũ nullus ſit contrarius, qui periclitari queat.

In noſtro † Aragonum Regno, appellatio in criminalibus per ſtatutum factum à qualecunq; Vniuerſitate tollitur (de cuius ſtatuti valore non diſputo, notãdus Ramirez, *vbi ſupra n.* 23. *&* 24.) nec indiget aprobatione aliquã Principis: Ideoq; etſi condemnatus appellet, ſententia executioni mandatur, niſi ex appellatione, inhibitio ſuperioris iudicis obtẽta, ante ſententiæ executionẽ præſentetur; nã tunc ſuper ſedebitur, & ratio habebitur omnino de appellatione, vided⁹ Bardaxi, 36

*tract.*

*tract. de Offic. Gubernat. in crimin. cap.*19. *à num.*12. *&* 22. Ad quod euitandum, frequentior praxis eſt, quod Princeps vel ſuperior, ad quem per appellationem recurritur, ſua aprobatione, ſtatuta confirmet, ad Seſſe *deciſ.* 91. *num.*26. *&* 27. *cum ſeq. & deciſ.*93. *nu.*2. Bardaxi *vbi prox. num.* 11. Ramirez *dict* §.29.
37 *num.*26. Sed hæc † ſtatuta criminalia, etſi plebeios omnes comprehendant, non tamen infanciones ac ingenuos; qui regulariter nullis ſtatutis ligantur; vt Bardaxi, *vbi prox. n.*8. & paſsim practici omnes.

38 Hinc in Aragonia reſtat dubium, an † reus in criminalibus cauſis defenſionibus ſuis renuntiare poſsit? Extat ſiquidem *forus tit. de ſubmiſsionibus non faciendis*, quo cauetur, captum nullum, reſtatum, ſiue ad caplieutam, (ideſt ſub fideiuſſoribus) datum, in criminali cauſa, poſſe renuntiare appellationi, manifeſtationi, iurisfirmæ, aliove remedio forali, vel conſuetudinario huius Regni. Quæ ſi fiat renuntiatio viribus non ſubſiſtet, & prorſus nulla erit, etſi iuramento firmata extitiſſet: & etiam ſi ſpecialiter dicto foro quis renuntiaſſet, inquit Molin. *verbo renuntiatio in princ.*

*princ. fol.* 282. *col.* 3. Vbi, malefacere † ait, iu- 39
dices, & officiales, qui captos verbis blan-
dis, inducunt, & ſeducunt, ad ſimiles renun-
tiationes faciendas, & ad ſe ſubmitendum ſu
marijs proceſsibus. Qui cum contra Regni
libertates ſic agant; poſſe vt delinquentes
officiales & libertatum fractores accuſari,
aſſerit idem *verbo libertates Regni, fol.* 209.
*col.* 1. *in princ.* vbi Portoles *num.* 13. *& ſeq.*
ex hocq; foro, memor ſum firmam conce-
ſſam fuiſſe Dominico Aluarez, extatq; ſena-
tus conſultum, die 8. menſis Octobris, anni
1640. referente Domino Doctore Don Di-
daco Canales Locumt. (nunc verò meritiſ-
ſimo Aulæ ciuilis Regiæ Audientiæ Conſi-
liario,) Et licet in meo repertorio, ex qua-
dam nota magni Iuriſperiti, ad Molinum,
*dict. verbo renuntiatio*, ſcriptum repererim,
contrarium ſeruari in praxi, quo ad renuntia
tionem temporum. Hoc intelligerem, ſi talis
renuntiatio fiat (quia fortè reus nullas habet
defenſiones) vt citiùs liberetur à carcere;
aliàs ſecus. Nam etſi ex renuntiatione tem-
porum, copia & defenſionis facultas non
tollatur: hæc tamen nimis incommoda ſit,
ſic

ſic Ramirez, *dict. §. 29. num. 23. in fine.*

Nec pro colophone omitendum, quod
40 etſi Molinus, *vbi ſupra*, aſſerat, † quo ad manifeſtationem renuntiandam forum prædictum non ſeruari, cum captus poſsit manifeſtationi renuntiare, vt inquit *tex. in foro 2. tit. de manifeſtatio. perſonarum, fol.* 155. Illud tamen procedit in manifeſtatione iam obtenta, & quādo reus actualiter manifeſtatus eſt, vt dictus forus ait. At verò ſi captus exiſtat, ne dum tamen actualiter manifeſtatus: non poterit renuntiare manifeſtationi, ita vt ſe actualiter, poſtea manifeſtare nequeat. Et quo ad hoc, forum prędictum *de ſubmiſsionibus*, correctum non eſſe, ſed æquiſsimè vigere, certò certiùs credo. ¶ Sufficiat. ¶ Notato tamen. ¶ Rectè dicta, à me ex Deo credito dicta. ¶ Improbè exarata, à me ex me adlata. Ex illis laus omnipotenti Deo reſultet. Ex his, ſanctæ Matris Eccleſiæ, ac ſapientum correctio. Hanc, illius, ſi errаui, exopto. Horum non deſpitio. Cæſar. octauo Kal. Auguſti anni 1644.

HOCCI-

# INDEX RERVM MEMORABILIVM.

# A

ADulterium grauiſsimum eſt crimen, lib.3.q.4 nu.1.
Et Chriſti authoritate detegitur, num.5.
Sacrilegium dicitur, & idolatria, num.2.& 6.
Adulterij primus patrator Lamech, grauiter punitus, lib.3, q.4.nu.3.
Adulterium quot ſub ſe habeat incommoda, nu.7.
Ex eo omnia proficiſcuntur crimina, num.4.
Ipſius pœna olim à Deo ſtatuta, mors erat, num.8.
In ſuſpectam de adulterio, veteris legis ceremonia, nu.9.
Adulteri, olim more gentis comburebantur, lib.3.q.4.n.10.
Adulterij pœna quæ apud Lydos, Ægiptios, Athenienſes, Antiquos Saxones, Vandalos, & Parthos, lib.3.q.4.nu.11.14. 15.16.17.& 18.
In adulteros pœnæ ab aliquibus Regibus & Imperatoribus, impoſitæ, traduntur, lib.3. q.4.n. 19.20.21.22.23. & 24.
Adulterij pœna, hodie quæ vigeat, inter Placentinos, Saxones, Caſtellanos, Aragonenſes, & de iure ciuili, lib.3. q.4.nu. 25.26.27.& 28.
Adulteri olim dupliciter fiebant inteſtabiles, num.23.
Adulteros poterat maritus antiqua lege occidere, nu.29.
Quid hodie attento iure noſtro, n. 30.31.& 32.
Adulterij quærella, niſi per viles homines proponi non ſolet, num.34.
Adultera, cum corporis ſui prodiga ſit, omnium rerum prodiga erit, lib.3.q.4.n.35.
Ex adulterio, mariti mortis machinatio ferè ſemper reſultat, lib.3.q.4.n.37.
Ex parte mulieris certior, n.38.

Adultera ferè ſemper venefica eſt,nu.39.
Ex adulterio, famæ diſpendium mariti reſultans, morte grauius eſt, nu.42.
Adulteria, animantia quoq; vindicant,num.44.
Adulterium tollerare, nulli honorato decet,num.43.
Adulterij frequentia tanta eſt,vt rarò in iuditio delictum hoc, aut propaletur, aut puniatur, num. 50.
Ad litionatori ad Clarum reſpondetur,lib.3.q.3.nu.22.
De agreſore conſtito,eo ipſo cenſetur probata defenſio, lib.2.q.4.nu.14.
Agreſor ſi dum cupit aduerſariũ occidere, tertium aliquem occiderit,qua pœna teneatur,lib.3.q.1.num.18.
Agreſore fugiente ceſſat defenſionis permiſsio, lib.3.q.2.n.10.
Intellige vt,ibid.& num.11.
Agreſus non poteſt abſq; peccato ſe permitere occidi ab agreſore, ſi illius mors profutura non eſt ad vitam ſpiritualem agreſoris conſequendam,lib.4 q.4.num.8.
Nec poteſt ſe permitere occidi, etiam intuitu ne agreſorem occidat in peccato; quando agreſſus ſimiliter in peccato exiſtit,num.10.
Non poteſt abſq; peccato ob ſui defenſionem, occidere agreſorem Reipublicæ vtilem, ſi ipſe Reipublicæ vtilis non eſt,n.12.
Intellige vt,num.13.
Agreſſor ſi eſſet parum vtilis Reipublicæ, agreſus autem valdè proficuus; teneretur ſe defendere ſub peccato, lib.4.q.4.n.14.
Sed obijcitur contra prædictum, num.15.
Soluitur dubium,num.16.
Agreſorem Principem, etſi agreſus occidere non poſsit, quando ex illius morte damna temporalia ſequerentur Reipublicæ magna:tamen ſi agreſſus in mortali exiſtat peccato, ſe defendere tenetur,lib.4.q.4.n.17
Quid ſi ob mortem agreſoris dãna Reipublicæ ſequerẽtur ſpiritualia: An agreſſus in peccato exiſtens,ſe defendere teneatur,num.18.
Alexandri & Epheſtionis exemplum traditur, lib.4.q.4.n.25.
Pro amico mortem quis pati poteſt,lib.4.q.4.nu.22.
Et maximus eſt charitatis actus, num.24.
Amicus eſt alter ego, lib. 4. q. 4. num.25.
Amici, Dei ductu fiunt,n.26.
Amici in aduerſis cognoſcuntur, num.30.
Amicitiæ exempla traduntur, n. 25.& ſeq.
Amicus, amicum defendere tenetur,lib.5.q.1.num.11.

Amo-

An[illegible]is vis, fortem reddit quem- [illegible]b.4.q.4.nu.30.
Ani[illegible]cidens pro ſui defenſione, [illegible]æ non aſtringitur, lib.2. q.4.num.5.
Animantia adulteria vindicant, lib.3.q.4.n.44.
Appellatus quo modo nulliter prouideatur, lib.2.q.3.num.23.
Appellatio (innocientiæ præſidium) cum defenſio ſit, & iuris naturæ, tölli aut à Principe aut à ſtatuto non poterit, lib.5.q.4 num.6.
Intellige vt, nu.7.& ſeq.
Regulariter rectè aufertur à Principe, & a parte renuntiatur, nu.11.& 12.
Tolli poteſt per ſtatutum, nu.13.
Sed intellige vt, ibid.
Et an tempus ipſius abrebiari per ſtatutũ, abſq; ſuperioris aprobatione factum, n.14.
Appellatio quod tolli poſsit, minus eſt quam quod citatio tollatur, lib.5.q.4.nu.15.
Appellatio aliquando eſt iuris ciuilis, & aliquando iuris naturalis, & quando naturalis eſt non cenſetur ſublata, nec tolli poteſt, lib.5.q.4.n.17.& 18.
Appellatio in criminalibus, tollitur in Aragonia, abſq; Principis aprobatione, lib.5 q.4 n.36.
Et ſententia executioni mandatur, ante obtentam ſuperioris inhibitionem ibid.
Ars naturã imitatur, lib.1.q.3.n.7.
Aſecuratio ſiue cautio de non offendendo quo modo fiat, lib.1. q.3.num.10.
Aſecurare recuſans quo modo à iudice compellatur, lib. 1. q.3. num.11.
Alicubi minatus ſolet dari in cuſtodiam minanti, ſub vitæ pœna, ibid.num.12.
Aſecurare an quis teneatur etiã perſouas familiæ & valitorum aſſecurati, lib.1.q.3.n.13.
Aſecuramẽti fractor dicitur proditor, ibid.n.13.
Auguſtini Ariminenſis diſtinctio notatur, lib.3.q.1.nu.11.
Auguſtus adulterij vltor, lib.3.q. 4.num.22.
Aureliani ſuplicium in adulteros lib.3.q.4.num.21.
Alapam impingere tentans agreſſor, iure defenſionis occiditur, lib.3.q.2.num.9.

# B

BAnnitus, impunè ſe defendere an poſsit, lib.2. q.1.nu.23. & ſeq.& num.32.
Et ſecundum iuris communis diſpoſitionem impunè occidi non poteſt, num.24.
Et an à filio impunè occidatur, ſtante ſtatuto, vt poſsit, bannitus impunè occidi, ibid. nu. 34.& ſeq.
Bannita mulier, licitè poteſt occidere

dere agreſorem volentem eam adulterare, lib.2.q.1.n.33.
Bartolus, iuriſprudentiæ oculus eſt, lib.2.q.1.n.37.
Bella iuſta quæ ſint, & quot requiſitis indigeant, lib.2. q.2.nu.1. 8.16.& 18.
Quotieſcunq; geruntur à Principe pro Chriſtianæ Religionis defenſione abſolutè, credat ſe victorias reportaturum, nu.10. & 11.
Quæ incomoditates adferant, numer.13.
Excuſare, ſapientis eſt, etſi magnæ adſint bella gerendi cauſe, num.14.
*M*ouendi pigritia, Marciani Imperatoris, ibid.
Plura ſunt iuſta, ſed non omnia omninò neceſſaria, nu.15.
Facile ſuſcipiuntur ſed ægerrime deſinunt, ibid.
Belli gerendi, quæ iuſtæ cauſæ ſint, ibid. num.9.
Iuſta cauſa eſt, ſi Princeps debellet vt ex bello populi pax quæratur, num.17.
Gerendi authoritas in ſupremo Principe tantum reſidet, & in Republica ſuperiorem non recognoſcente, lib.2.q.2.num.1. & 2.& nu.6.
Hij ſibi ipſi hoc caſſu ius dicere poſſunt, n.3.
In Aragonia eſt caſſus in quo abſque Principis licentia, poteſt Regnum arma ſumere, n.7
Bellum poteſt eſſe iuſtum formaliter ex vtraq; parte, aut ex altera materialiter & formaliter, ex altera verò formaliter tantum, nu.27.
Iuſtè inferri non poteſt ſuficientem ſatisfactionem offerentibus, niſi inferens illud, illicitè, ac contra charitatem & iuſtitiam decertet, n.20.
Intellige vt, nu.21.
Ratio quare is cui ſufficiens offertur ſatisfactio, eam recipere teneatur, nu.22.
Hij contra quos bellum iuſtè infertur, iniuſte ſe defendunt: & niſi ſuficientem offerant ſatiſfactionem, cædium & damnorum omnium rei iudicabuntur, n.20.
Differentia quando bellum eſt iniuſtum ex defectu primi vel ſecundi requiſiti communiter traditi: an verò ex aliorum defectu, n.19.
In bello, vti inſidijs licet, num.18.
In bello de cuius iuſtitia dubitatur, vel conſtat iniuſtum eſſe; an vaſalli vel milites licitè interueniant, n.23.& ſeq.
In bello notoriè iniuſto, an licitum ſit dimicare, n.28.
Differentia inter extraneum & vaſallum, n.19.
Bona fortunæ ſecundus hominum ſanguis appellantur, lib. 3.q.3. n.1.

C.

# C

Captus iniuſtè detentus, ſi fugiat, tenetur pœna illius delicti pro quo captus erat, etſi delicti innocens ſit, lib.2.q.3.n.3.& 5.
Captus & detentus iniuſtè in carcere, ab eo fugere poteſt, lib.2.q.3.num.9.
Declara tamen vt, nu.ſeq.
Captus abſq; fragrantia, dicitur iniuſtè carceratus, lib.2.q.3.n.21.
Captus contra thenorem iurisfirmæ, dicitur etiam nulliter carceratus, lib.2.q.3.n.24.
Carceres loca ſacra ſunt, lib.2.q.3.nu.6.
In carceribus detento iniuſtè, non licet ab eis fugere etſi innocens delicti ſit, lib.2. q.3.n.2.
Sed contrarium verius, vt non ſolum procedat frangendo carcerem, ſed etiam adhibita conſpiratione, ibid, n.11.
Amplia, etiam carceris cuſtodes occidendo, n.12.
Intellige tamen vt, nu.33.& 34.
Carceratus nulliter & iniuſtè, & ritè condemnatus, quibus caſibus dicatus quis, lib.2.quæſt.3.num.20.
Carceratus iniuſtè, & iuſtè condemnatus, poteſt impunè à carceribus fugere, lib.2.q.3.n.19.
Carceratus indebitè eſt ille, qui abſque legitimo appellitu captus eſt, lib.2.q.3.nu.23.
Carceratus, iniuſtè detentus dicitur, ſi ſibi petitio non offeratur intra tres dies à die captionis, vel ſex, ſuo caſſu, lib.2.q.3.nu.25.
Carceratus iuris ordine non ſeruato, poteſt impunè fractis carceribus fugere, ibid.
Carceratus iuſtè, etſi innocens delicti ſit, non poteſt impunè effracto carcere fugere, num.26.
Et qua pœna teneatur, ibid.
Et quid in Aragonia, n.27.
Quid ſi innocens hic delicti, aufugiat ſimpliciter abſq; carceris effractione, n.28.
Et an delicti innocentiam probare teneatur, nu.29.
Et an quoq; probare, fugam ſimpliciter factam eſſe, non verò cum qualitate fractionis, ibid.
Carceratus iuſtè, ſed iniuſtè condemnatus, poteſt fractis carceribus fugere, & etiam cuſtodes occidendo ſi id fuerit neceſſum, nu, 30.
Intellige vt, num.35.
Caſtitatis laudatio, lib.3.q.3.n.55.
Pro caſtitatis & pudicitiæ defenſione, omni iure licita eſt, & abſq; peccato, agreſſoris occiſio, n.52.& ſeq.
Exemplis probatur, ibidem, & numer. 53.
Irregularis an fiat occidens, numer. 54.

Cita-

Citatio defenſio dicitur, & à naturali & diuino iure producta, lib.1.q.3.n.16.
Citatio cum (vt defenſio) iuris naturalis ſit, tolli nequit aut per Principem aut per ſtatutum, neq; omitti, lib.5.q.4. n.4.& 5.
Quia non citato nec audito omnes defenſiones auferũtur, n.16
Citatione non obſtãte, quãdo procedatur & quare, li.5.q.4.n.16.
Citatio quando ſit iuris naturalis, quando verò iuris ciuilis, & tolli poſsit, li.5.q.4.n.19.& 20.
Condemnatum ad mortem iniuſtè, poteſt quilibet tertius per vim eripere, lib.2.q.3.n.35.
Et non ſolum iniuſtè condemnatus hic, poteſt in conſcientia fugere; verum & tenetur ſub peccato ſi comodè poteſt, nu.31.
Etiam ſi promitat mediante iuramento, ad carcerem in quo iniuſtè detinebatur redire, n.32.
Abſq; metu periurij, & quare, ibi.
Condemnari nullus debet in criminalibus, niſi dato termino ad ſuas defenſiones, etſi reus ſponte confiteatur delictum, lib.5. q.4.n.22.& ſeq.
Confitenti delictum ſponte, non cõcedũtur in Aragonia tẽpora ad ſe defendẽdũ, lib.5.q.4.n.25
Authoris ſententia, nu.26.& ſeq. iuncto nu.32.
Confeſio nulla eſt, contra quam aliquid dici non poſsit, lib.5. q.4.nu.28.
In confeſſum, idem procedit de iure quod de foro, nec tamen reo de iure denegatur defenſio, lib.5.q.4.n.30.
Conuitium ſi inter in æquales ad ſit, quæ defenſio competat, lib. 4.q.2.nu.11.
Quid inter æquales, n.12.
Et quouſq; ad arma recurrendũ, nu.13.14.& 17.
Chriſtus Dominus pro ſpirituali omnium ſalute, ſufficienter, mortem paſſus eſt; ſed efficaciter, pro illis tantum quibus profutura eſt, lib.4.q.4.n.7.& 9.
Clericus ſi agreſus fuerit, poteſt etiam celebrando, diuiſo ſacrificio ſe defendere; agreſorem occidere, & reuerſus, miſam continuare, lib.2.q 4.n.7.
Clerici & monachi dum inuaduntur, an fugere teneantur ſi comodè poſſunt, lib.3.q.2.n.19.
Quid ſi id non faciant, an irregularitatem incurrant, agreſorem occidendo, an verò peccent, n. 20.23.24.25.& 26.
Fugere non tenentur, quando fuga periculoſa eſt, n.22.
Quod fugere teneantur ſub peccato, & irregularitate; intellige vt, n.27.28.& 29.
Clerici pro rerum defenſione, furem occidere nõ poſſunt, aliàs fiunt irregulares, lib.3.q 3.n.8.
Sed contrarium vt, n.9.16.& 25.
Clericis licitum eſt omni iure res ſuas per vim defendere, n.13.

Cleri-

Clericus pro rerum defenſione ſimpliciter, furem occidendo, iregularis fit, contra Leſij opinionem, nu.21.
Clericum non defendens quis ab agreſore cum poſsit, an peccet vel irregularis fiat, lib. 5. q.1. num.9.
Creditor poteſt per vim eripere debitori ſuo fugienti, res debitas quas ſecum portat, lib.3. q.3.num.40.
Quid ſi debitor res debitas non portat, ſed aliàs debito æquiualentes, an creditori liceat illas auferre, n.41.& 42.
Creditor poteſt abſque peccato ſubripere debitori ſuo, rem æquiualentem debito, quando id aliàs conſequi non poteſt, num.42.
Crimen obijciens falsò, iniuriat; etſi illud cum cautione hac pro ferat *ſaluo honore tuo*, lib.4.q.2. num.8.
Quid ſi criminis obiectio vera eſt, an conuitiatus ſe poſsit defendere, num.9.
Et an obijcienti crimē falsò, aliud crimen etiam falsò obijci poſſit, n.10.

# D

Damonis & Pytiæ ſincere amoris portentum laudatur, lib.4.q.4.n.29.

Debitor fugiens, nihilq; ſecum præter veſtes portans, poteſt capi à creditore, ob ſuarum rerum defenſionem, ſed illi veſtes eripere non poteſt, lib.3.q. 3. num.43.
Defenſio quid ſit, num.1.
Defenſio quotuplex ſit, ibid.n.2.
Defenſio naturalis quæ, d.quæſt. 1.num.3.
Defenſio propria ſæpe eſt occaſſio interitus ſe defendentium, num. 4.
Defenſio ſpontanea quæ ſit, n.5.
Defenſio rationalis quæ, n.6.
Defenſionis naturalis definitio explicatur, n.8.
Defenſio à iure naturali prouenit, lib.1.q.2.n.1.
A iure etiam diuino & Euangelico, & omnium iurium aprobatione eſt munita, n.2.
Defenſio animantibus competēs, à iure prouenit naturali ſimpliciter. Quæ vero hominibus competit, à iure gentium, & quo modo, lib.1.q.2.n.7.
Defenſio rationalis quotuplex, lib.1.q.3.n.1.
Defenſio naturalis ſiue manualis quæ, ibid.n.2.
Defenſionis ſpontaneæ & rationalis differentia, lib.1. q.3.n.3.
Defendere ſe commune eſt hominibus cū brutis, lib.1.q.3.n.4
Defenſio debet eſſe cum moderamine rationis & inculpatæ tutelæ, lib.1.q.3.n.5.

Defen-

Defenſori iuſto lex gladium in caſſu neceſsitatis tribuit, lib.1. q.3.num.6.

Defenſio ciuilis, ad naturalis defenſionis exemplum introducta eſt, lib.1.q.3.n.7.& 25.

Defenſio ciuilis quæ, lib. 1. q.3. num.15.

Defendi ignorantes omnes publicæ intereſt, lib.1.q.3.n.25.

Defendere quid ſit, lib.1.q.3.numer.31.

Defendere qui neceſſariò teneantur, lib.1.q.3.n.32.& 33.

Defenſores alij ſunt neceſſarij, alij ſpontanei, lib.1. q.3.n.32.

Abſq; defenſore, nullum ius noſtrum, neq; abſq; defenſione eſſe voluit, lib.1.q.3.n.27.

Defenſionis priuilegium nulli denegatur, lib.2.q.1.n.3.

Defenſio, & diabolo quoq; competit, lib.2.q.1.n.4.

Defenſio competit cuilibet contra Eccleſiaſticum abſq; metu irregularitatis, & contra Epiſcopum, Archiepiſcopum, Cardinalem, Imperatorem, & Pontificem, lib.2.q.1.n.5.

Et ſubdito contra Abbatem, contra magiſtratum, filio contra patrem, ſi quid non iure facere tentent, ibid.num.6.& 7.& 14.

Sed intellige ſub diſtinctione, ibid.& nu.16,17.& ſeq.

Defenſio nō competit contra pribatum iuſtè vim inferentem, lib.2.q.2.num.22.

Defenſionis facultas nemini eſt deneganda, lib.2.q.1.n.25.

Defenſio neceſſaria, à ſtatuto tolli non poteſt, lib.2.q.1.num.25.

Defenſio licet permiſſa & iuris naturalis ſit, tamen offenſio ordinata ad defenſionem aliquo in caſſu eſt punibilis, lib.2.q.1. num.27.

Defendere ſe non poteſt impunè delinquens, quem iudex aut miniſtri inſequuntur vt capiant lib.2.q.1.n.28.

Etiam ſi in eum archabuſium exhonerare nitantur, ibid.

Poteſt tamen, aut fugiendo, aut abſq; corporali miniſtrorum damno ſe tueri, ibid.

Defenſionem, non ſolum natura cunctis animātibus docuit, ſed inſtrumenta ad eam exercendam conceſsit, lib.2.q.4.n.1.

Ante defenſionem manualem (niſi aliud expetat neceſsitas) prius verbis & amica conuentione eſt vtendum, lib.2. q.4. num.2.

Defendere ſe, non ſolum cuilibet licet per ſe, ſed etiam auxilium pribatorum adhibere, lib. 2.q.4 n.4.

Et mors ſic in aduerſarium illata, impunibilis, ibid.

Defenſio probata cenſetur, eo ipſo quod de agreſore conſtat, lib.2.q.4.n.14.

Defenſionis intuitu, poſſum occidere quenquā ſi famulis ſuis iubeat

iubeat,vt in me irruant, lib.2. q 4.n.15.
Et etiam illum qui coram iudice, me de enormi delicto falſo accuſat,num.16.
Et illum qui mihi parat inſidias, vt me incautum inſciumque perimat,nu.17.
Amplia vt.ibid.
Et etiam illum qui iam eſt contra me coniuratus egitq; cum ſiccarijs,vt me occidant, n.19.
Intellige tamen,ibid.
Defenſor, ſi caſu ſe defendendo tertium occidat, nulla pœna tenetur,lib.3.q.1.n.16.
Intellige,vt num.17.
Defenſionis exercitium illicitũ eſt, ſi vlciſcendi,non vero propulſandi cauſa fiat,lib.3.q.1.nu.1.& 34.
Defenſio vt fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, tribus requiſitis indiget,nu.3.
Defenſionis modus in quo conſiſtat,nu.4.
Et an ad modum ſeruandum,defenſor præciſſe teneatur ibid.
Defenſio fieri debet armis æqualibus,nu.5.
Cõtra ebrium,aut debilem, quos robuſtus inuaſſus manu repellere poteſt,vulnera inferre, illicitum, num.6.
Quid,è contra, ſi robuſtus inermis fretus robore manus inuadat armatum, an defenſionis exceſſus adſit,ibid.
In defenſione,an percuſsio aduerſarij ſpectanda ſit, lib.3.q.2.num.7.
Defenſio, eſt eminentis offenſionis propulſatio.lib.3.q.2.n.8.
Defenſionis permittitur,agreſſore fugiente,lib.3.q.2 n.10.
Intellige,vt ibid.& nu.11.
Defenſio quando dicatur facta incontinenti,lib.3.q.2.num.31.& 32.
Defenſori defenſio: Deo autem vindicta eſt relinquenda,lib.3 q.2.nu.36.
In defenſione, ira temperanda eſt,lib.3.q.2.nu.37.
Et defenſor ira præcitus tranſgrediẽs moderamẽ inculpatæ tutelę,debet puniri, ob exceſſum extraordinaria pœna,veluti exilij in trienium,n.42.
Et ad quam reſtitutionem teneatur hic tranſgrediens, remiſsiue; num.43.
Pro defẽſione rerum. Vide *res*; & verbo *fur*.
Defenſio propria eſt illa quæ ad corporis tutamen fit, lib.3.q.3 num.20.
Defenſio competit contra debitorem fugientem,debitumque ſecum adferentem, lib.3.q.3.nu.37.& 38.cum ſeq.
Et ſi armis debitor reſiſtat, & ſe telo defendat, poteſt creditor ius ſuum exequendo iniuriam propulſare ad necem vſque num.39.

Defendere ſe quis tenetur ex preordinata charitate, ne in ſe ſit iniurius, lib.4.q.4.n.1.
Et ſe permittere occidi, delictum eſt, mortaleque peccatum, num.2.3,4.& 21.
Contraria ſententia adducitur vt vera, nu.5.
Et ambæ opiniones intelliguntur, num.6.
Non ſe defendere, & permittere ſe occidi, poteſt quis ex iuſta cauſa, & quæ hæc ſit, num. 7. & 11.
Sed intellige hoc vt, nu.20.
Defendere alios aliqui tenetur, tam de iure ciuili, quam ex lege charitatis, & iuſtitiæ, vt filius patrem, vir vxorem, &c. lib.5.q.1.nu.10.& 11.
Differentia eorum qui defendere tenentur ex lege charitatis tantum, & eorum qui de iure ciuili, & ex lege iuſtitiæ, num.18.
Quo vſque ſe exponere periculo teneantur pro defenſione proximi, ij qui illum defendere tenentur, & qua cum bonorũ iactura, nu.19.& 20.
Ob defenſionem vitæ, multa licent quæ alias illicita, & lethalia ſunt peccata, lib.5.q.3.n.1.
Sed peccare non licet, nec pro ſalute totius mundi, n.2.& 12.
Defenſio quæ liceat contra Tyrannum iubentem Dei fidem negare, vel alias peccare? lib.5 q.3.nu.9.
Defenſio neque a lege, neque a Principe tolli poteſt, lib.5.q.4 num. 1.
Sed inuaſſo aliquando iuſtè aufertur, naturali iure, nu.2.
Defenſio iuditialis, nec per Principem, nec per ſtatutum, nec per partem ipſam renuntiari valet, lib.5.q.4.nu.3.& 4.
Defenſio in genere, iuris naturalis eſt, non in ſpecie, lib.5.q.4. num.8.
Defenſiones iuris ſunt naturę ratione materiæ, & originis, non vero quoad formam, lib.5.q.4 num.8.
Defenſiones omnes, exceptionesve, Princeps in totum tollere non poteſt, ibid. Sed tunc excepta videtur, innocentiæ, & manifeſtæ ęquitatis exceptio, num.9.
Defenſio ſpecialis licitè a Principe, aut ſtatuto tolli poteſt, lib.5.q.4.nu.11.
Defenſiones in criminalib9, Princeps tollere nequit, etiam de plenitudine poteſtatis, lib.5. q.4.nu.21.
Nec quiſquam condemnari debet, niſi dato termino ad ſuas defenſiones, & ſi ſponte confiteatur delictum, nu.22. Etiam ſi ſit notorium, & repertus in fragant., nu.24.
Quid in Aragonia contra reum ſponte delictum confitentem, nu.25.& ſeq.

Defenſionibus in criminalibus, nec pars ipſa renuntiare poteſt, lib. 5. q. 4. nu. 33.
Et ſi fiat, poterit reuocari, nu. 4.
quid in Aragonia, n. 38. & 40.
Reſpondetur obiectioni aſſerenti; ſicut quis poteſt ſe permittere occidi, ita & defenſionibus renuntiare poteſt, n. 35.
Definitionis partes neceſſariæ traduntur, lib. 1. q. 1. nu. 7.
A definitione ſemper eſt incipiẽdum, vt rei agendæ cognitio habeatur, in prin. nu. 1.
Demens, vel ebrius ſi obſtẽt meę defenſioni, vt quia me fugere impediant, ob quod ſum in vitæ periculo conſtitutus, poſſunt occidi, lib. 3. q. 1. nu. 7.
Et ratio traditur, nu. 8.
Demoſthenis, & aliorum iniurias ſpernentiũ, traduntur exempla, lib. 4. q. 2. nu. 4.
Delicto conſenſiſſe cẽſetur, quãdo quis, dum poteſt, illo non obiat, lib. 5. q. 1. nu. 17.
Detractio a ſanctis deteſtatata, & a Deo prohibita eſt, lib. 4. q. 2. nu. 19.
Detractor frequenter excitat audientes, vt contra illum loquãtur, lib. 4. q. 2. nu. 21.
Detractor cum abſens inuaſſor ſit, & plus peccet, non debet eſſe melioris cõditionis, quam præſens iniuriator, nu. 22.
Detrahere nitentem, apud iudicẽ, honoratosve viros, nomini meo falſis, vel ocultis criminationibus, poſſum iure occidere ſi aliàs damnum euertere nequeo, lib. 4. q. 2. nu. 22. 57.
Deus Adamũ auditũ, & vocatum damnabit, lib. 1. q. 3. n. 30.
Dictio *que*, eſt coniunctiua, & requirit concurſum copulatorũ, lib. 3. q. 3. nu. 19.
Dignitas, & officium armis defendi poſſunt, lib. 3. q. 3. n. 36.
Dominus tenetur ſeruũ, vel vaſſallum ſuum defendere, & bona: etiam bellum inferendo, & hoſtes fugando, ſi fuerit neceſſum, lib. 5. q. 1. nu. 15.
Duellum quibus caſibus liceat, & de duello latè, videas Rubr. lib. 4. q. 3.

# E

ÆNei de Falco diſtinctio, repræhenditur, & notatur, lib. 3. q. 4. n. 66. 67. & 68.
Eunuchi, teſtimonio, & teſtamẽto incapaces, lib. 3. q. 4. n. 23. & 24.
Exceptiones omnes, paſsim in iure defenſiones vocantur, & arma reorum dicuntur, lib. 1. q. 3. num. 17. & 18.
Exceptiones omnes, Princeps in totum tolere non poteſt, lib. 5. q. 4. n. 8.
Sed excepta, videtur exceptio æquitatis, & innocentiæ, n. 9.
Nec etiam pactũ a ſe omnem abdicans exceptionem, valet, n. 10.

Extrema omnia vitioſa, lib.5.q.4. num.23.

# F

Filio contra patrem defenſio competit, lib.2.q.1.n.6.
Filia quomodo, & quando occidi poſsit a patre, ſi in actu adulterij reperiatur, lib.3.q.4.nu.53, & ſeq.
Filius, patrem defēdere tenetur, lib.5.q.1.n.10.
Fidem Dei negare ob vitæ defenſionem, etiam verbo tantum, & ſi corde fideliter eam retineat, nulli licet Chriſtiano, lib.5.q.3.n.6.
Firma ſi obtemperata non fuerit caſſu quo arctat, armis defendi poteſt, lib.2.q.1.n.13.
Fori diſponentes in materia iuris communis, huius interpretationes omnes recipiunt, lib.2.q.3.n.18. & lib.5.q.4.n.31.
Forus vnicus. *Vide infra verbo textus in foro.*
In furioſo nullum eſt animi inditium, lib.1.q.2.n.10.
Fuga quando probet delictum, lib.2.q.3.n.4.
Fugiens à carcere (etſi innocens ſit delicti) tenetur pœna mortis de foro huius regni, lib. 2. q.3.n.8.
Fugere tutius eſt, quam iudicis ſententiam ſpectare, lib.2.q.3. num.14.
Fugere non tenetur inuaſus, etſi poſsit ſine periculo, lib.3. q.2. n.16. & ſeq.
Et procedit in quocumque genere perſonarum, n.17.
Fugere, dedecus, & ignominia eſt, ibid.
Fugam recuſare, & honorem, & vitam defendere eſt, n.18.
Fugere Clerici, & Monachi ante neantur, vide *Clericus.*
Layci licet fugere non teneātur; tamen ſi dum poſſunt non fugiunt, ſed agreſſorem occidūt, fiunt irregulares, ibidem.
Intelige, vt n.21.
Furtum impediri poteſt à domino, etſi res per iudicem recuperari valeant, lib.3. q.3. num.4.
Etſi tunc fur ſe telo defendat, impunè occiditur, ibid. & n.6.
Fur nocturnus occidi impunè poteſt, etſi ſe telo non defendat, lib.3.q.3.n.7. & 11.
Amplia, etiam ſi in actu furandi non inueniatur, dummodo ingrediatur domum, ibid.
Furem occidere pro rerum defenſione, non licet de iure Canonico, neque in conſcientia ſecundum aliquos, lib.3.q.3.n.8.
Sed de veritate, & quomodo hoc procedad latè, nu. 10.11.12.23. & ſeq.
Fur reſiſtēs domino, illum ingredi impedienti ad furandum, po teſt

teſt occidi,n.14. & 15.
Furem cum re furata fugientem occidere poſſum,ſi eam recuperare non valeo,quin telo è minus iacto feriam,n.26.
Frater, fratrem defendere tenetur,lib.5.q.1.n.11.
Fragātia, an præſumatur,& probetur,per relationem factam a iudice de captura, lib. 2. q. 3. num.21.
Fragantia quando dicatur, n.22.
Fructus lædentis, in dolore læſi eſt,lib.4.q.2.n.3.

# H

HOminem homini inſidiari, nefas eſt,lib.2.q.4.n.2.
Homicidium committens pro ſui defenſione,nec mortaliter peccat,etſi Clericus,vel Religioſus ſit,lib.2.q.4.n.6.
Nec irregularitatem incurrit,tam quo ad ſuſceptos, tam quo ad ſuſcipiendos ordines,ibid.
Eccleſiam non polluit,ſi in ea committatur,n.8.
Et laycus Clericum occidens, non incidit in canonem, etſi in defenſione modum excedat,ibid.
Nec ſic occidens caloniam homicidij ſoluit in hoc Regno, num.10.
Homicidium nō præſumitur commiſſum ad propriam defenſionem,n.11.
Contrarium tenent alij,12.
Declara tamen,13.
Homicidium, vt probetur factum ad ſui defenſionem, ſufficit probatio per coniecturas,14.
Quæ iudicantis relinquuntur arbitrio,ibid.
Conſtito de agreſſore,eo ipſo cenſetur probata defenſio,ibid.
Honeſtum non eſt omne quod licet,lib.4.q.1.n.29.
Honoris diſpendium marito ex adulterio reſultās,grauiùs morte eſt,lib.3.q.4.n.42.
Honor cunctis rebus eſt præferendus,lib.3.q.3.n.44.
Honor, & vita æquiparantur, num.45.
Pro honoris defenſione, poteſt quis agreſſorem occidere,lib.3. q.3.n.46. & 51.
Et etiam illum qui alapam,vel fuſtem mihi impingere curat, ſi aliter ignominia vitari nequit, ibid.
Et poſt alapam illatam, poſſum illum inſequere, & percutere vſque ad mortem,ſi ignominia id expoſcat,n.47.
Honorem ſuū inultū relinquere, verecundum eſt,lib.3.q.3.n.48.
Pro honoris defenſione,an liceat Principem occidere, vide verbo *Princeps*.
Honoris omiſſio ex coitu proueniens,à iure poſitiuo eſt,lib.4. q.4.n.11.
Honorem proprium inultum relin-

linquere, vereſcũdum eſt, lib. 4. q. 2. n. 15.

# I

Ignorans non conſentit, lib. 3. q. 2. n. 28.

Indulgendum eſt ei, qui ob iram modum defenſionis exceſsit, n. 40. & ſeq.

Iniuriæ propulſatio ex aliquorũ ſententia à iure gentium procedit, & quo modo, lib. 1. q. 2. num. 5.

Iniurijs prouocatus, ſi dum oſtio occluſo domi tutus eſt, exeat, & prouocantem occidat an teneã tur de homicidio, lib. 3. q. 2. numer. 12, 13. & 14.

Iniuria corporalis maior eſt quacumque reali, lib. 3. q. 3. n. 50.

Quando iniuriæ perſonalis iactura imminet, poteſt agreſſor occidi, ſi aliter euadi non poteſt, num. 49.

Iniuria non ſolum facto, ſed & verbis fit, riſſu, & nutu, lib. 4. q. 2. n. 1. & 18.

Iniurias qui exoſas habent, laudari debent, lib. 4. q. 2. n. 2.

Iniuriæ defenſio procedit, & quo modo fiat, lib. 4. q. 2. n. 6. 7. & 17.

Iniuriæ aliquæ ſunt, quæ ſi armis non defendantur, adferunt honoris irreparabile damnum, lib. 4. q. 2. n. 12. & ſeq.

Iniuriatus verbis, *cornutus*, aut *tu deus*; non eſt ſatisfactus, nec defenſus ſi afferat *tu mentiris*, lib. 4. q. 2. n. 16.

Iniuria non ſolum fit præſenti, ſed & abſenti, & maius eſt crimen, lib. 4. q. 2. n. 18.

Iniurijs prouocatus, ſi aliquem occidat defenſionem excedendo, vel aliàs, mitiùs punitur, lib. 4. q. 2. n. 23.

Iniuriatus, vix iuxtè, aut facile ad iram prouocatur, lib. 4. q. 2. n. 24.

Iniuriæ dolor iuſtus eſt; & ideo excedenti modum indulgendũ eſt, lib. 4. q. 2. n. 25.

Incontinenti, quando dicatur, lib. 3. q. 4, num. 53. & lib. 3. q. 2. num. 33.

Imperatori Theodoſio datum remedium ad iram temperãdam, num. 38.

Innocens pro vitæ defenſione occidi, an poſsit, lib. 3. q. 1. num. 1. 5. & 19.

Negatiua pars ponderatur, nu. 1. 2. 3. & 4.

Affirmatiua ſuſpicitur, nu. 5. 6. 7. & 19.

Reſpondetur argumentis contrarijs, nu. 9. 10. 15. & 20.

Diſtinctio Auguſtini Ariminenſis notatur, n. 11.

Innocens illicitè occiditur quocumque bone fine, & quacumque humana authoritate, lib. 3. q. 1. nu. 3.

Abſque innocentium periculo, quando nocentes interfici non poſ-

poſſunt, propter illos, his eſt parcendum, lib.3.q.1.nu.2.
Inuaſſus qui non ſe poteſt tueri aliter, quam quod aprehenſo Titio, eo vt clypeo vtatur, ſi Titius occiditur, tenetur de innocentis morte, ex Felini ſententia, lib.3.q.1.nu.4.
Sed intellige, vt nu.10.
Sed ſi dum ſe poterat defendere, retro hominem ſe abſcondat, & is fuerit ab agreſſore occiſſus, an teneatur, nu.12.
Quid ſi fugere poterat, num.13.& ſeq.
Inuaſſus fugere non tenetur, vide fugere.
Innocentem ciuem occidere non licet, etiam pro totius populi ſalute, lib.5.q.3.nu.3.
Nec Tyranni manibus perdendum tradere, nu.4.
Innocentem mediatorem, aut infantem meam defenſionē impedientes, quare occidere poſſum; non vero illum quem tertius occidere iubet, ſub mortis cominatione, lib.5.q.3.nu.5. & 8.
Iura municipalia, recipiunt interpretationem a iure, lib.5. q.4.nu.30.
Ira in defenſione temperanda eſt, lib.3.q.2.nu.37.
Ira brebis furor eſt, ibid.
Irregularitatem propter culpam impoſitam, nullus queit incurrere ob veniale peccatum, lib. 3.q.2.nu.25.
Nec Pontifex ob veniale peccatum purè, irregularitatem imponere poteſt, ibid.
Irregularitatem incurrit qui occidit inuaſſorem pro extranei defenſione, lib.5.q.1.n.6.
Iudex hoſtis dicitur dum iniquè procedit, lib.2.q.3.nu.14.
Nec eo caſu eſt obtemperandus, eique reſiſti poteſt, vt priuatæ perſonæ, ibid.nu.13.
Iudex ſi dum vidit hominem, homini inſultare, eum non defendit, & delicto obiat, reus criminis eſt, lib.5.q.1.nu.16.
Amplia, etiam ſi non ex dolo, ſed ex deſidia illud facere omitat: quia negligentia in iudice, dolo comparatur, ibid.
Iudices ſuadentes reis, falacijs, vel promiſsionibus ſuis defenſionibus renuntiare, iniquè agunt, & in hoc Regno, vt liberatum fractores accuſari poſſunt, lib.5.q.4.nu.34.& 39.
Iulius Cæſar adulterij ſæuiſsimus punitor, lib.3.q.4.n.21.
Iuriſconſ. Florentini ſententia interpretatur, in l. vt vim, ff. de iuſt.& iure, lib.1.q.2.n.6.
Iuſtitiæ laus, & obſequium, lib.2. q.3.num.1.
Ius naturale, ſiue naturalis lex definitur, lib.1.q.2.n.3.
Ius gentium idem eſt quod naturale ius, lib.1.q.2.n.8.
Ius naturale non competit brutis

tis tanquam ius, ſed tanquam inſtinctus,& quare, lib. 1. q. 2. num 9.
Ius naturale ſimpliciter, competit homini cum brutis in quantum eſt animal. Ius verò gentium in quantum eſt rationale, lib.1.q.2.n.10.
Quid in furioſo in quo nullum eſt animi iuditium, ibid.
Ius ſibi, nemo dicere poteſt, lib.2. q.4.n.2.

# L

LAtrones nocturni, vulgo, *Capeadores*, impunè occiduntus,& qua pęna teneantur, lib. 3.q.3.nu.28.
Latro publicus, vulgo, *Salteador de caminos*, ſtatim a quocumq; occiditur, nu.29.
Nec atenditur (illius odio) moderamen inculpatæ tutellæ, omni iure rèquiſitum, nu.30.
Et occidi poteſt ex interualo, poſt vim illatam, nu.31.
Laurentius Valla Iuriſconſultorũ increpator, lib.1.q.2.n.11.
Leſij opinio proponitur, explicatur, amplectitur ex parte, & quid ſequendũ affirmatur, lib. 3.q.1.nu.25.26.27,28.& 29.
Lex naturalis definitur, lib.1.q.2. num.3.
Leges permittentes maritis priuatè vindictam de adulterio ſumere, ſuo modo iuſtæ ſunt, lib. 3.q.4. nu.45.
Legibus Gotorum licebat olim, num.46.
Et in Caſtella eſt lex hodie, n.47.
Libertates defendi poſſunt reſiſtẽdo, etiam contra quoſcumque, lib.2.q.1.nu.12.
Lingua tenerum eſt membrum, ſed vulnera illius lethalia, lib.4 q.2.nu.20.

# M

MAgiſtratus adiuuẽti ſunt, vt oppreſſos, & inualidos defẽderent, lib.1.q.3.n.8. & 9.
Et in hoc Regno timidi homines Magiſtratus authoritate aſſecurantur ibid. n.10.
Maioribus pares eſſe non poſſumus, lib.1.q.3.n.8.
Sine mandato nullus ad agẽdum admititur, lib.1.q.3. n.22.
Et in hoc Regno, neque in agendo, neque in defendendo, ibid. num.24.
Secus in rei procuratore, de iure, ibid. n.23.
Marciani Imperatoris pigritia in mouendo bello, lib.2.q 1. n.14.
Manifeſtationi, an reus in criminalibus poſsit renuntiare obſtante *Foro de ſubmiſsionibus non faciendis*, lib.5.q.4.n.40.
Maritus an ius vxorem caſtigãdi, aut verberandi habeat, lib.2. q. 1.n,20. & 21.

Quid hodie ex iure noſtro,nu.30. 31. & 32.
Maritus excedens ſuplicium in adulteros,punitur mitiùs, n.32.
Authoris ſententia,n.33.
Et ex ſententia Nauarri in foro exteriori non punitur maritus, num.48.
Nec Clericum adulterantem occidendo incidit in Canonem.
Maritus occidendo vxorem in actu adulterij, non videtur damnandus (ſuo modo)cum & vitā, honorem,& bona ſua ſic defendat,n.52.
Et leges permitentes maritis priuatè,vindictam de adulterio ſumere,ſuo modo iuſtę ſunt,n.45.
Gotorum legibus licebat marito, num.46.
Et hodie in Caſtella extat lex, num.47.
Maritus an ius vxorem caſtigādi, aut verberandi habeat, lib.2.q. 1.n.20. & 21.
Maritus an iure occidendi adulterum, vti poſsit contra Clericum,n.63.
Et an peccet maritus occidendo in caſu a lege permiſſo, nu.64. & ſeq.
Diſtinctio Aenei de Falco reprehenditus,& notatus, num. 66. 67. & 68.
Martyrium fugere, non eſt peccatum;& ideo cuilibet licet,lib.5. q.3.n.10.
B. Marcelinus, timore mortis, thus Idolis obtulit,& poſtea penituit, libenterque martyrium ſuportauit,lib.5..q.3.n.7.
Mediatorem aduenientem. vt pacem reponat inter me,& agreſſorem, poſſum iure occidere, ſi in medio conſtitutus, meæ obſit defenſioni,lib.3.q.1.n.6.
Medici à vulgi calumnia liberantur,lib.3.q.1.n.31.
Medicorum practicum præceptū adducitur,num.32.
Sed exploditur authoritate Hypocratis,& Cardani,n.33.
Firmiſsimis rationibus præceptū infirmatur,n.34.
Quid ignorarunt authores dicti præcepti,n.35.
Minatus ſolet dari alicubi minati in cuſtodiam ſub vitæ pœna, lib.1.q.3.n.12.
Minatus, poteſt intuitu defenſionis minantem occidere, lib.2.q. 4.num.20.
Limita tamen, vt ibid.
Intelige,niſi de minis ad acta tranſeat,nam tunc licitè minator occiditur,n.21.
Milites quo animo pugnare debeant in bello,lib.2.q.2.n.12.
Miles extraneus ſponte dimicans in bello notoriè iniuſto,ſe defēdere non poteſt ab aduerſario abſque peccato, etſi in vitæ diſcrimine ponatur,lib.2.q.2.n.30.
Milites Diui Ioannis,ſi cōſtat duella exercuiſſe, vltra Concilij pœnas habitu ordinis priuantur, lib.

lib. 4. q. 3. num. 24.
Miles præpoſitum ſuum defendere tenetur, lib. 5. q. 1. n. 12.
Mortem quis pati poteſt pro amicis, lib. 4. q. 4. n. 22. & ſeq. latè.
Et pro exercitio alicuius virtutis, num. 23.
Mortem ſibi inferre (etiam ſuperioris præcepto interueniente) nullus poteſt abſque mortali culpa, lib. 5. q. 2. n. 14.
Mortem ſibi inferre, etſi nullus directò poſsit; ex iuxta tamen aliqua cauſa, poterit ſe mortis periculo exponere, veluti vt publicum cabeat damnum; vt Ciuitatem obſeſſam liberet. Et tunc non ſolum poteſt, verum & tenetur, & quare, n. 15. 16. 17. & 18.
Mors Saulis proprijs manibus illata, condemnata eſt, lib. 5. q. 2. num. 13.
Mulier prægnans, ſi ob fœtū morbum habeat lethale, an non obſtante periculo aborſus, poſsit medicamenta ſumere neceſſaria ad ſalutem defendendam, latè lib. 3. q. 1. à n. 21.
Mulieri prægnanti, periculoſiſsimum eſſe ſemper aborſum, contra opinionem medicorum & vulgi, authoritate, & ratione probatur, lib. 3. q. 1. n. 36.
Mulier pro defenſione caſtitatis, mortem pati poteſt, lib. 4. q. 4. num. 23.
Mulieres puniri expedit, vt pœnæ timore, ab adulterij frequentato delicto, arceantur, lib. 3. q. 4. num. 51.

# N

NEgligentia Prælati in ouiando delicto, quia præſumitur craſſa, eſt punibilis, lib. 5. q. 1. num. 17.
Negligentia in iudice dolo comparatur, lib. 5. q. 1. n. 16.
Nullus eſt ſui dominus, nec vitæ ſuæ poteſtatem habet, lib. 5. q. 2. n. 11.

# O

OCcidere an impunè quis poſsit Principem, vel Papā, iniuſtè aliquem inuadentem, pro vitæ propriæ defenſione, lib. 2. q. 1 n. 15.
Occidens vnum, credens alium occidere, qua pœna teneatur, lib. 3. q. 1. n. 18.
Occidens tertiū caſſū, defēdēdo ſe ab agreſſore, nulla tenetur pœna, lib. 3. q. 1. n. 16.
Intellige vt n. 17.
Occidens ſe quacumque ex cauſa, ſecluſa Dei rēuelatione, aut voluntate, mortaliter peccat cōtra quintum præceptum, lib. 5. q. 2. n. 10. & 12.
Occidere non licet innocentem Ciuem, etiam pro ſalute totius populi, lib. 5. q. 3. num. 3. Nec illum tra-

tradere tyranni manibus perdendum, n.4.

Occurrere cum tēpore, tutiùs eſt, quam poſt damna illata remedium quærere, lib.2.q.4.n.3.

Officiali iniuſtè, & de facto aliquid exequenti, de facto reſiſti poteſt, lib.2.q.1.n.8. Sed inteligas, vt ibid.

Et in hoc Regno etiam procedit, num.9.

Reſiſti etiam poteſt quando grauamen inferendum notoriè iniuſtum eſt, n.10.

Et volenti extrahere, delinquentem à domo Infantionis, in caſu à foro non permiſo, impunè, reſiſti poteſt, n.11.

Idem ſi firmā non obtemperauerit in caſſu quo arctat, 13.

Officialis capiens aliquem, tenetur facere relationem capturæ intra diem naturalem, à tempore captionis computandum, lib.2.q.3.n.24.

Opilij in adulteros legis pœna, refertur, lib.3.q.4.n.19.

Origenes, ductus timore amitendi vitam, peccauit, impenitenſque decesſit, lib.5.q.3.n.7.

## P

PActum quo quis omnem à ſe abdicat defenſionem, nullum eſt, lib.5.q.4.n.10.

Pater poteſt filiam, & adulterum propria authoritate occidere, lib.4.q.4.n.53.

Intellige dummodo filia, & adulter ſimul occidantur, vel incontinenti, & quando dicatur incontinenti.

Intellige etiam, dummodo pater in actu venereo eos inueniat, vel ſaltem præludijs adulterij vtentes, n.55.

Intellige quoq; ſi filia nupta ſit, non vidua, eamque habeat pater in poteſtate, & in eius domo adulteros coheuntes reperiat, vel in domo generi, n.56.

Authoris ſententia, quo ad hæc requiſita, n.57. & 59.

Quid ſi filia prægnans ſit, an occidi poſsit, n, 54.

Pater non tenetur ſupradictas cō ditiones obſeruare, quando filia coactè, non verò voluntariè, cū adultero coit, n.58.

Exēpla delicti huius à patrib⁹ vindicati, tradūtur, n.59.60. & 61.

Pater iuri occidendi adulterum cum filia repertum, vti poteſt etiam contra Clericum, & Magiſtratum, abſq; vlla pœna, n.62

Et an pater occidendo his caſibus à lege permiſsis, peccet, n. 64. 65. & ſeq.

Patriæ amor magnus ſemper apud omnes fuit, lib.5.q.2.n.1.

Patriam amantes, eam totis viribus defendere debent, n.2.

Patria nobis eſt, velut alter Deus, n.3.

Pro

Pro patria ſi neceſſe fuerit mortẽ pati tenemur,ibid. & n.4. Intel lige,n.10.
Erga patriam fidelitatis exempla traduntur,n,5.6. & 7.
Pro patria mortem nobis inferre, aut mutilare an liceat.n.8.& 10.
Patriam fueri ſuma eſt iuſtitia lex que virtutis,n.9.
Pœnarum inflictio naturalis eſt, non minus ac defenſio, lib.2. q. 1.n.29.
Peccatum non eſt abſque volunta te,lib.4.q.1.n.10.
Poſſeſſor inuaſſus,vt à poſſeſsione deiciatur,poteſt armis ſe tueri, cum moderamine inculpatæ tutelæ,lib.3.q.3.n.33.
Et armis inuadens, poteſt occidi à poſſeſſore,n.34.
Intellige prædictam aſſertionem, vt n.35.
Populator nocturnus, qui agros vaſtat,& incendit,occidi, impunè poteſt,lib.3.q.3.n.32.
Præceptum practicum medicorũ adducitur,lib.3.q.1.n.32.
Sed reiicitur authoritate, num.33. & ſeq.
Prælati negligentia in obiando delicto, quia præſumitur craſa, eſt punibilis,lib.5.q.1.n.17.
Princeps poteſt vaſſallis ſuis præcipere,vt arma ſumant, lib.2.q. 2.num.24.
Princeps anima Reipublicæ dicicitur,lib.4.q.1.n.2.
Caput eſt hominum, & omnibus excellentior,n.3.
Chriſtus Dei dicitur,ibid.
Pro bonorum defenſione occidi non poteſt,n.1. & 4.
Quia maioris ſtimationis eſt quã particularium bona,n.2.
Neque pro honoris defenſione, & quare,n.5.
Quid ſi reperiatur cum propria vxore,aut filia vaſalli,n.6.
Si vi oprimere tentet fœminam, poteſt illum occidere pro pudicitiæ defenſione, ſi aliter ſalua euadere nequit,n.9.
Authoris ſententia,n.10.
Occidi poteſt pro vitæ defenſione ſi hæc aliter ſalua eſſe non poteſt,n.12.
Intellige tamen,vt n.13.
Etſi Tyrãnicè regat,non poteſt na turalis Princeps occidi, nec damnificari, 21.
Ratio traditur,n.22.
Quid ſi nimium excreuerit Tyrannis,vt nec tolerari poſsit,n.23.
Diſtinctio inter Regem ſuprę mũ, & ſuperiorem recognoſcẽtem, 24. & 25.
Naturalis, & legitimus quoquomodo ferendus eſt, nec quidquam in eum moliri licet,n.26.
Et eſt inconueniens nõ minimum, num.27.
Erga vaſallos iuſtè ſe gerere debet, & nihil facere quam quod equum eſt, & bonis moribus cõſonum,n.28. & 30.
Aequiſsimè regat, inque pace, & iuſti-

iuſtitia conſeruet, num.31.
Pius cupiat à ſubditis amari quã timeri, n. 32.
Legum Prouintialium eximius Cuſtos eſſe debet, n.33.
Proditoris pœna eſt, vt ipſius corpus trahatur, & bona confiſcentur, lib.1.q.3.n.14.
Procuratores rei propriè defenſores appellantur, lib.1.q.3.n.21.
Procuratorum, & defenſorum differentia, lib.1.q.3.n.21.
Procurator rei admittitur ad defendendum ſine mandato, lib.1. q.3.n.23.
Promotor rixæ, etſi ſe defendẽdo promotum occidat, tenetur de homicidio, lib.2.q.1.n.30.& 31.
Prouocatus iniurijs. Vide *iniurijs prouocatus.*
Proximum, quilibet vt ſeipſum diligere tenetur, lib.5.q.1.n.1.
Illumque defendere poteſt, etſi ſãguine cõiunctus nõ ſit, n.2.& 3.
Amplia, & in proximi bonis, n.4.
Etiam ſi inuaſor Clericus ſit, abſq; excõmunicationis pœna, n.5.& 6
Efficietur tamen irregularis occidendo inuaſorem pro extranei defenſione, n.6.
Proximum defendere nullus tenetur de iure ciuili, poteſt tamẽ num.7.
Sed de iure Canonico, & charitatis lege tenetur ſub peccato, num.8. & 9.
Prudentes, & generoſi, iram facilè temperant, lib.3.q.2.n.29.
Pyſadis, & Oreſtis amicitia narratur, lib.4.q.4.n.27.

# R

Regna ſingula, leges ſuas, & iura ſua habere neceſſarium eſt, lib.4.q.1.n.34.
Renuntiatio temporum, an fieri poſsit à reo in criminalibus, lib. 5.q.4.n.39.
Reſpublica ſuperiorem non recognoſcens, cum ſupræmi Principis locum obtineat, bella indicere poteſt, lib.2.q.2.n.6.
Reo defenſiones non ſunt denegãdæ. Vide verbo *Defenſiones*, & verbo *Confitenti.*
Res occaſionem præſtant rixandi, ſed poſtea ob reſiſtentiam, & interficiendi, lib.3.q.3.n.6.
Pro rerum defenſione, poſſumus latronem furemve occidere, lib. 3.q.3.n.2. & 23. cum ſeq.
Etſi qui furatur Clericus ſit, n.3.
Intellige, vt n.4.
Intellige etiam niſi res ſint parui valoris, ibid.
Et paruitas iudicantis arbitrio relinquitur, ibid.
Pro rerum defenſione, occidendi ius, non ſolum competit à iure Ciuili, & Canonico, ſed etiam à iure Diuino, n.9.
Sed an liceat, & quomodo hoc procedat, latè, num.10.11.12. & 23. cum ſeq.

Pro

Pro rerum tutamine, quæ defenſio domino competat, num. 10. 12. & ſeq.
Pro rerum defenſione extra certos caſus, furem occidere non licet, n. 17.
Reſpondetur argumentis in contrarium aſſerentium, nu. 18. 9. & 22.
Rex noſter Philippus, qui nullum recognoſcit ſuperiorē, & Princeps ſupræmus eſt, poteſt bella mouere, & ſibi ipſi ius dicere, lib. 2. q. 2. n. 3. & 4.
Rex Franciæ, cum recognoſcat alium in ſuperiorem, hac facultate vti non poteſt de iure, licet de facto vtatur, ibid. num. 5. & ſeq.

S

SAcra violans, capite punitur, lib. 2. q. 3. n. 7.
Salæthus legem in adulteros ſtatuit, quam poſtea in ſe ipſum executus eſt, lib. 3. q. 4. n. 20.
Saulis mors proprijs manibus illata, damnata eſt, lib. 5. q. 2. n. 13.
Seleucus legem in adulteros protulit, lib. 3. q. 4. n. 19.
Seruus machinatam ab aliquo cōtra dominum mortem, non reuelans, pœna mortis tenetur, lib. 5. q. 1. n. 13.
Sententia contra pupillū lata nulla eſt ipſo iure, lib. 1. q. 3. n. 27.
Sententia contra inauditam abſentem, ac indefenſam partem, nulla eſt, lib. 1. q. 3. n. 28.
Sententia furioſo dici non poteſt, & quare, lib. 1. q. 3. n. 29.
Socius, conſocium itineris defendere tenetur, lib. 5. q. 1. n. 11.
Subditus Principem defendere, & rēpublicā tenetur, lib. 5. q. 1. n. 12.
Statutum diſponēs quod aufugiēs habeatur pro confeſſo, debet intelligi, niſi habeat iuxtam cauſam fugiendi, lib. 2. q. 3. n. 18.
Statutum homicidium puniens generaliter, non intelligitur de homicidio facto ad propriam defēſionem, lib. 2. q. 4. n. 9.
Statuta criminalia aliquorum locorū, improbantur, lib. 5. q. 4. n. 22.
Statuta criminalia Aragonū, plebeios tātū ligant, nō vero Infantiones, & ingenuos, lib. 5. q. 4. n. 37.

T

TElum eſt quidquid proiicitur, aut offendere poteſt, lib. 3 q. 3. n. 7.
Tertulianus hereticus reputatus, quòd pertinaciter aſſeruit, illicitum eſſe, & peccatum, recuſare martyrium, lib. 5. q. 3. n. 11.
Tex. *in l. vt vim ff. de iuſt. & iur.* interpretatur, lib. 1. q. 2. n. 6.
Tex. *in l. in eos, ff. de cuſtodia reorum*, reſpōdetur, lib. 2. q. 3. n. 15.
Tex. *in l. milites agrum, §. eius fugam,*

*gam ff.de re militari*,reſponde tur,lib.2.q.3.n.16.
Tex. *in obſer. 2. tit. de proditoribus*,reſpondetur,lib.2.q.3.n.18.
Tex.*in l ſcientiam,§.qui cum aliter,ff.ad leg. Aquil.* interpretatur,lib.3.q.1.n.15.
Tex.*in cap. interfeciſti de homicidio*,intelligitur,lib.3.q.3.n.18.
Tex. *in l.furem,ff ad leg.Cornel. de Siccar.& l.4 ff.ad leg.Aquil.* Et Acurſio, *in l. vt vim,ff. de iuſt.& iur.*reſpondetur,lib.3.q.3.n.19.
Tex. *in l.* 1. C. quando liceat ſine iud.ſe vindicare,ibi; *digno illico ſuplicio*, interpretatur, lib.3. q.3.n.31.
Tex.*in foro vnico,tit. en que caſos el Procurador aſtricto eſtà obligado à hazer parte*, adducitur, lib.4.q.3.n.7.
Tex.*in foro vnico,tit.de confeſsis*, pōderatur,lib.5.q.4.n.26.& ſeq.
Tex. *in obſer. item, nota quod*, 6. *tit. de poſtulando*, expenditur, lib.5.q.4.n.29.
Tex.*in foro vnico,tit.de ſubmiſsionibus non faciendis*, expēditur, lib.5.q.4,n.38. & ſeq.
Tex.*in foro 2.tit.de manifeſtatio. perſ.*intelligitur,lib.5.q.4.n.40
Tyrānū occidere,an cuilibet liceat priuato,lib.4.q.1.n.14.& ſeq.
Diſtingue tamen,vt ibid.
Tyrannus quis dupliciter dicitur, lib.4.q.1.n.14.
Tyrānus qui regnat, nō cū titulo, & iure legitimo, ſed ambitione armis Regnum inuaſit,poteſt ob defēſionē à quolibet occidi,n.15.
Et ratio traditur,n.16.
Tyrannum fraudibus occidere nō licet,n.18.
Et tria ſunt obſeruanda in illius occiſione,n.19.
Et an occidi poſsit præuētione,antequam pro Tyrāno iudicetur, num.20.
Et quid cōtra Principē naturalē,tyrannicè regnantem,n.21.& ſeq.
Tutores,pupillorū defenſores dicuntur,lib.1.q.3.n.26.

# V

Vaſſallus dimicare coactus in bello notoriè iniuſto quomodo ſe gerere debeat, lib. 2. q.2. num.29.
Vaſſallus incertus de belli iuſtitia; tenetur militare, ſi à Principe iuſſum fuerit,n.25.
Quid in extraneo milite,ibid.
Extende,& amplia,vt n.26.
Vaſſallus nō ſolū occidere nequit Regem,vel Principē adulterārē repertū cū vxore,aut filia:verū nec vaſſallus dominum ſuum, lib.4.q.1.n.7. & 8.
Vaſſallis nihil eſt beneficientius, quam mores iam receptos conſeruare,lib.4.q.1.n.35.
Vaſſallus Principem defendere tenetur,& rempublicā, ſub leſæ

Maie-

Maieſt. crimine, lib.5.q.1.n.12.
Et pœna mortis tenetur ſi cùm mortẽ machinatã cõtra dominũ ſciat, eam non reuelet, n.13.
Baldus contrarium in praxi obtinuiſſe tradit, ibid.
Sed intelliguntur opiniones, n.14.
Veneficium proprium eſt meretricis, lib.3.q.4.n.40. & 41.
Vindicta nó minor eſt, iniuriã verbis illatam contemnere, lib.4.q.2.n.3. & 5.
Viro honorato adulterium tolerare, non decet, lib.3.q.4.n.43.
Vir, vxorem defendere tenetur, lib.5.q.1.n.11.
Virginij factum refertur, lib.3.q.4.num.61.
Vis vi repelẽda eſt, lib.1.q.3. n.2.
Vis priuata cuique ad defenſionem competit, lib.2.q.1.n.5.
Vt ſubdito contra ſuperiorem filio contra patrem, & priuato contra quamlibet Eccleſiaſticã perſonam, ibid.& n.6.& 7.
Vis permiſſa, vbi nec ius obtineri nec magiſtratus auxiliũ preſtò haberi poteſt, lib.2.q.4.n.3.
Vis vbi abeſt, deficit conſenſus, lib.4.q.1.nu.10.
Vita præcioſior eſt rebus omnibus temporalibus, lib.2.q.1.n.1.
Vita licet nobis cum cæteris animãtibus communis ſit, charior tamen eſt homini, ibid. n.2.
Vitam ſpiritualem, aut minimam eius partem, amittere non licet pro ſalute totius mũdi, nec pro ſanctorum gloria tuenda, lib.4.q.4.nu.19.
Vitam ponere pro amicis, maximus eſt charitatis actus, lib. 4. q.4. num.24.
Et pro exercitio alicuius virtutis, num.23.
Vltio eſt omni iure prohibita, ſicut defenſio omni iure permiſſa, lib.3.q.2.nu.2.& 35.
Vſurpans ſupremi dominij notas reus mortis efficitur, lib.4.q.1. num.17.
Vteri geſtatio, poteſt eſſe matri periculi ocaſio, lib.3.q.1.n.21.
Traduntur accidentia ob quæ vi geſtationis vteri, mater periclitari poſsit.nu.22.
Probatur hæc veritas authoritate Hippocratis, nu.23.
Vxor an ſit ſub viri poteſtate, & quo modo, lib.2.q.1.n.18. & 19.
Vxori erga maritum defenſio cõpetit, lib.2.q.1.n.18.
Vxor, ob ſui defenſionem, poteſt præuenire, & maritũ occidere, cum ſcit maritum ſub lecto, vel alio loco pugionẽ habere, vt nõ ẽtũ illã occidat, ſi alias periculũ euitare nequit, lib.2.q.4.n.18.

*Cæſarauguſtæ*: Apud Petrum Verges, 1645.

Digitized by Google

Digitized by

6-4

Digitized by Google